a **Si filius qui patri.** [a] Exiſtentia ſui heredis operatur cōfirmationem tabularum pupillarium, ad commodum filij abſtinentis. hoc dicit, iſta eſt ſollenniſſima lex. ⁊ diuidit̃ in tres principales. Primo ponit dictū Scdo reſpondet duabꝰ obiectionibus cōtra dictū. Tertio ponit quādā illationem ex predictis. Secūda ibi, iuſtius. Tertia ibi, itaqꝫ legata. ¶ Ad euidentiā debes ſcire ꝙ lex noſtra, in prima parte ſui habet diuerſas lect. qr caſus variant̃ ſex modis, tribꝰ modis reſpectu filij ſubſtituti: in alijs tribus modis reſpectu eiꝰ cui facta eſt ſubſtitutio. ¶ Hoc premiſſo pono caſum ſic quod quidā filiū maiorem heredem iuſtituit ⁊ filiū pupillum exheredauit, vel eū inſtituit ſed ſe abſtinuit ab hereditate paterna: morit̃ pupillus in pupillari etate, iſte frater maior inſtitutus vult hereditatē paternā repudiare ⁊ pupillarē amplecti: qr ipſi pupillo ſubſtitutus eſt pupillariter quero an poſſit: Reſp. Iuriſcōſultꝰ qd poteſt. Uel ſic Pone caſum ſimpliciter qd inſtituit vnū maiorē ſuū filiū, ⁊ eū alteri filio ſubſtituit de illo cui facta eſt ſubſtitutio, nihil dicitur quid fuerit factum moritur pater ⁊ ille filiꝰ cui facta eſt ſubſtitutio: modo filius ſubſtitutus vult hereditatē fratris, ⁊ dimittere hereditatē patris, an poteſt: ⁊ reſpon. ꝙ ſic Uide literam vſqꝫ ad ver. iuſtius. ¶ In tex. ibi, fratri, hic nō fit mentio de inſtitutione impuberis fratris. vnde dic ꝙ hic impubes fuit exheredatus, ſecundum Iacob. de Ra. vel inſtitutꝰ, ſꝫ repudiauit ſꝫ opi. poſitā in gl. ¶ In tex. extitit. iuris ciuilis authoritate, non per immiſtionem, vel aditionē. Glo. tangit hic. ⁊ Dy. addit ſic d̃bet benefiio pretoris. Jer verſic. iuſtiꝰ ſecūda pars. Pone obijcitur ad iſtā deciſionem non poeſt ſubſtitutus

ſeparare bona paterna a bonis pupilla. vt ſ. e. l. ſed ſi plures.
§. ij. ⁊ C. d iur. deli. l. quidam elogio. ſed hic permittit ſeparatio
quare male reſpōdet Iuriſcōſultus, ꝙ iuſtiꝰ facit pretor admit
tere ſeparationem, quā facere cōtrarium. iuſtiꝰ eñ eſt id inter fra
tres, quā ſeruare ꝯtrium, maxime q2 frater alteri fratri ab inte-
ſtato ſuccedit. ¶ In tex. conceſſerit. Aſſume ibi preſertim vſq3
ibi. itaq3, ⁊ poſtea reuertere ad ver. etenī ius dicētis, ⁊ tūc pone
caſum, Scdo opp. ꝙ teſtm̄ pupillare nē poteſt valere. ſi ex pater
no nō aditur hereditas, ſupra ponitur ex paterno non eſſe aditā
hereditatem, ergo pupillare teſtm̄ non poteſt valere, maxime
de iure pretorio, ſecundū quod filius habet beneficium abſtinē
di, nec eſt heres ipſo iure. Ad quod reſpondet iuriſconſultus
dicens, beneficium abſtinendi eſt a pretore introductum in fauo
rem filiorū, ne inuiti obligarentur oneribus hereditarijs, ſed in
in his que in eorum commodū exiſtentia ſui heredis operaret
voluit pretor eos remanere. Ideo autē in caſu illo exiſtētia ſui
heredis operatur. q2 ad ipſius filij ſubſtituti commodo ptinet.
h. d. ¶ Vide literā ibi, etenim ius dicenti, ⁊c. id eſt pretori, qui
ꝯceſſit filijs in poteſtate manentibus beneficiū abſtinendi. Et
no. hūc tex. qui eſt valde not. ⁊ menti tenendus. ¶ In verſi. itaq3
Iuriſconſultus ponit illationē ex dicto, pone caſum. Ego video
ꝙ pōt repudiare paternā ⁊ adire pupillarē, quero qualiter de-
bētur legata, ⁊ qualiter imponitur ratio legis Falcidie. Reſpō.
Iuriſcon. ꝙ legata debētur ex ſecundis tabulis, ratio legis falci
cidie, imponitur reſpectum bonorum impuberis, non reſpectu
r bo. patris ¶ Not. ex hac lege, quod beneficiū abſtinendi eſt in-
troductum in fauorem filiorum, non in eorum odium, quod te-
ne menti perpetuo. Nunc opp. ex teſtamento, ex quo non aditur
hereditas non pōt ſuccedi pupillo ſeu non poteſt habere locum
cum ſubſtitutio pupillaris, vt j. eod. l. ij. §. adeo, ⁊ l. ſed ſi plures
§. ſi ex aſſe. S3 ſm ꝙ poſuit caſum, hereditas non fuit adita ex
a paterno, ergo, ⁊c. Huius timore b variatur lec. trib. mod. in fra-
tre ſubſtituto pupillariter. Primo. q2 hic frater adiuit, ſed per
beneficiū reſtitutionis ſe abſtinuit. Et hoc vult dicere tex. ibi pa
tris heredi. recuſet, dico per reſtitutionem in integrū. Iſta er-
go aditio confirmat tabulas pupillares, ſecūdum iſtā lec. q̄ lec.
ponitur in ij. prime gl. ibi, vel dic ꝙ recuſet. ⁊c. Scdm hāc lec. po
a nes caſum. ¶ Not. ꝙ ſi aliquis adiuit, ⁊ poſtea reſtituitur vt ab
ſtineat remanent firme tabu. pupil. Sed contra hoc expreſſe eſt
in l. nec nouū. ſ. de cōd. indeb. vbi aditio reſtitutione ſecuta ni-
hil operatur. Reſpond. ſuſtinēdo hāc lec. prout poſſumus reſti
tutione ſecuta, aditio precedens nihil operatur. in his in quib.
hereditas adita diminuitur. ita loquitur lex contraria, fallit fauo-
re libertatis in l. ſi mulier. ſ. de mino. ⁊ eod. ti. l. interdum. No.
ſm hoc, in hac lege tractatur de his que nullam hereditatis di-
minutionem reſpiciunt, ſm hoc, habes in hac lege vnum valde
3 ſingulare in verſi. etenim ius dicētis, ⁊c. † ꝙ cum ille qui adiuit.
eſt reſtitutus, remanet heres nomine, l. ⁊ ſi ſine. §. ſed quod Pa
pinianus. ſ. de mino. illud ipſum eſſe heredem nomine habet ef
fectum in omnibus: in quibus commodum ſuum verſatur, ⁊ he-
reditas per hoc non minuitur: ſecundum hāc lec. ⁊ per conſe-
quens remanent firme dationes tutele, ⁊ ſimilia, per que hered.
nō minuitur. Verum, q2 iſta lex aliquātulum continet diuinatio
nem, ideo alij dicunt ꝙ iſti fratres habebant coheredē, cuius adi
tione confirmate ſunt tabule pupilla. Hec lec. ponitur in ſecun-
da gl. ibi, itē pone. Iſta lec. eſt clariſſima. l. apud Iul. §. idē Iul.
j. ad Treb. ⁊ l. queſitū de acquir. here. ſed tūc ſequen. ver. nō eſ
ſent neceſſarij ſcilicet, verſi. iuſtius. ⁊ verſi. etenim. ⁊c. ¶ Quare
alij legunt tertio modo, Fateor ꝙ nullus adiuit tamen: exiſten-
tia ſui heredis, iſtius filij repudiantis confirmat tabulas pupil.
c ideo ex eis poteſt ſuccedere, licet omittat paternam. Hec lec. eſt
vera, ⁊ nihil continet diuinationis, ⁊ prout iſta glo. in princi. ⁊ i-
pſam tenet Hy. j. de acqui. hered. in diſtin. magna. ⁊ Ky. in l. qui
dam elogio. C. de iure. de l. ⁊ ibi glo. non firmat, licet tangat. Et
re. ⁊ Iul. e. ti. de priui. cred. l. pater. ¶ Secūdo op. ſubſtitutu nō
poteſt ſeparare bona paterna a bonis pupil. vt ſ. eod. l. ſed ſi
plures. §. filio. ⁊ l. quidam elogio. C. de iure delib. Huius cōtra
rij timore hec lec. huius legis, in eo fratre impubere, cui eſt facta
ſubſtitutio variatur tribus modis. Primo, ꝙ hoc ſpeciale i fra-
tre ſubſtituto. hec lec. primo ponitur in princi. gl. que incipit cō
tra. ſ. ſ ſi plures. ⁊c. ⁊ ꝙ glo. dicit. C. de leg. l. cum queſtio. d3 di
cere. l. quidam elogio. C. de iure delib. ⁊ ponitur etiam hec lec.
in iſta glo. ibi, vel adiuit, ⁊c. Iſta lect. ſi tu poneres impuberem
hereditatem adiuiſſe, non eſſet bona, Nam iā iuncta hereditas
eſſe cepiſſet, l. ſed ſi plures. §. filio. ſ. eod. ideo non poteſt fieri ſe
paratio. l. j. ⁊ ij. j. de acqui. hered. propter quod alij legunt alio
modo, ſeu eod. licet limitent ⁊ dicant, concedo contrarium. ⁊ di-
co ꝙ frater, cui facta eſt ſubſtitutio repudiauit ſimiliter. Nā fra
ter qui eſt ſubſtitutus repudiauit ſine dubio, vt dicit tex. Nanc

lect. ponit gl. ſecunda in princip. huius legis. Iſta lec.
⁊ ſecundū hanc lect. ponit ꝙ vterq3 frater fuit inſtitu
4 repudiauit. ¶ † Sed tunc oppono, quādo filio datur
exiſtentia ſui heredis nihil operatur, vt l. apud Iulian.
Iulianus, infra ad Trebel. ſed hic fuerunt duo filij, ⁊
repudians habuit coheredem, ergo exiſtentia ſui here
operatur. Solu. ſuſtinendo hanc lect. p vera, ego limit
dictum Hyn. qui dicit ꝙ quando filius habet cohered
tia ſui heredus nihil operatur. Intelligo verū quando
heredem extraneum, ſecus ſi fratrē ſuum vt hic, ⁊ j. de
l. liber homo. §. j. ⁊ ſ. l. ſed ſi plures. §. quos poſſu3. Ra
dādo coheredē extraneū videt teſtator diſcedere a leg
ſitione prouidendo de coherede extraneo, vt dicit Hy.
ria ſubſtitutionū. ⁊ Ky. recitat in l. precibus. C. eo. Se
b3 fratrem ſuum. tunc a legis diſpoſitione nō videtur re
¶ Sed quero, quid ſi pater dedit filium emancipatū co
vtrum ꝑ hoc videatur teſtator recedere a legis diſpoſ
gitabitis. ¶ Contra hoc opp. C. de in. ſi fratris. vbi ter
exiſtentia ſui heredis operatur tranſmiſſionem. cum fi
beat coheredem extraneum: alias dixi, ⁊ dico ꝙ datio
dis extranei, facit exiſtētiā ſui heredis nihil operari circa
dependent ex teſtamento, ſed circa ea, que veniūt ext
circa tranſmiſſionem, tūc datio coheredis non impedit
tiā ſui heredis operari, vt ibi, ⁊ ſic in duobus limito
ſed iſta lec. licet ſit vera in ſe, tñ continet aliquā di
Ideo Iac. de aret. recedit ab iſta lec. ⁊ ponit hunc
datus ſubſtitutus, exheredatu3: ⁊ ſic cū ſit exhered
tas nunq3 fuit iuncta, ⁊ ſic poteſt frater impubes
hereditatē paternā repudiare, ⁊ pupillarem amp
nio ad vltimā partē, dicit hic ꝙ legata debentur a
puberis. Contra, a ſubſtituto exheredati nō poſſunt
ta. l. plane. ſ. de leg. j. ⁊ l. ab exheredati, eo. titu. ⁊ l. p
⁊ l. ꝙ fundū. §. qui filios. j. ad l. Fal. Sol. a ſubſtituto
ti nō debent legata niſi ipſe ſubſtitutus fuiſſet ab ipſo
inſtitutus, l. in ratiōe §. fi. ad l. Falcid. ſed hic fuit inſti
repudiauit, ergo ⁊c. Vel pone, ꝙ vterq3 fuit inſtitut
5 que ſ. dixi. ¶ Itē † quero, tu dicis ꝙ exiſtentia ſui h
ratur in fauorē aliorum. Cōtra, imo operatur in dam
bentur legata ex tabulis pupillaribus, vt hic. So. ex
heredis operat in ſui fauorē, vt poſſit ſuccedere ex ta
pillaribus, vt hic: ⁊ hoc eſt cōmodū filij, ꝙ poſſet eſſe
do abinteſtato haberent pupilli matrē vel alios coh
ex ſucceſſione tabularū pupillariū haberet integrum
commodum, ⁊ q2 ſic voluit, inducit confirmatio legat
d non eſt eius odium, imo q2 ſic voluit. ¶ His expeditis
nemus aliqua dubia. Prio, de exiſtentia ſui heredis
nili quādo h3 locum, poſito ꝙ ius pretorium abſtinendi
introductum. Scdo, an beneficium abſtinendi de iure p
habet locum, vt eneruet vires exiſtentie ſui heredis. ¶
mum dico, ꝙ ſi quidem filius in poteſtate habet ſubſtitu
e gare expreſſe exiſtentia ſui heredis nihil operatur, l. ſi li
res. ſ. de libe. ⁊ poſthu. ⁊ not. in l. Papinianus. §. quare
offic. teſt. in ſecūda gl. magna. Ratio, q2 dādo ſubſtitu
rem videt eum facere heredē, ſi vult. Hāc rationem po
conſultus in l. j. §. ſi proponatur. j. ſi quis omiſ. cau. teſt
teſtator eum inſtituit ſub hac cōditione, ſi volueris exiſt
heredis nihil operat, vt habuiſtis in l. Corneli. ⁊ l. iā d
f in fi. ſ. ti. primo, ⁊ j. tit. proxi. l. verba. Sed quid ſi cū i
ſub conditione poteſtatiua, vt ſi decē dederit, an faciat ne
ſario voluntariū: tex. habetis ꝙ non, in l. in conditionib
cōdict. ⁊ demonſtrat. Itē ſi dat ſibi teſtator coheredē ex
exiſtētia ſui heredis nihil operatur in his que dependēt
teſtamento, l. apud Iulianū. §. idē Iulianus. j. ad Treb
cus in his que veniūt extrinſecus. l. iij. C. de iure delib.
alias aūt extra hos caſus exiſtentia ſui heredis ſemp op
iure ciuili, Inſti. de here. qua. ⁊ diffe. §. ſui. ⁊ Inſti. de h
ab inteſt. §. ſui. ⁊ j. de bo. li. l. ⁊ ſi ex modica. §. ſi filius
6 ¶ † Itē quero, an beneficiū abſtinendi introductū a p
ruet vires exiſtentie ſui heredis: Reſp. quādo filius
immiſcet hereditati paterne tunc bñficiū pretoris nih
vt probatur per hunc tex. ibi nō ſpōte ſuſceptis liber
do ergo ſpōte adijt. pretor nō ſe immiſcet. facit l. cu3 b
acquiren. hered. ⁊ C. ſi vt ſe ab hered. abſti. l. j. ⁊ l. ij. ſ. de
furt. Quādoq3 filiꝰ tacet, q2 ſe nō immiſcet, nec repudia
quedā ſunt que reſpiciūt dānum, ⁊ onus ipſius filij, vt
ribus hereditarijs teneatur, ⁊ tunc beneficiū pretoris op
vt eneruet vires exiſtētie ſui heredis, vt hic ibi nō ſpon
ptis, ⁊c. ⁊ C. ſi vt ſe ab here. abſti. l. j. ⁊ d. l. cū bōis. de acq
⁊ l. neceſſarijs. eo. ti. Quedā ſunt, in q̄bus exiſt ētia ſui h
ratur commodum, ⁊ vtilitatem filij, vt puta, confirmatio

bularum pupillariū. Item confirmat dationem tutele, vt l. ſi ne
mo. ſ. de teſt. tut. ⁊ C. eodē. l. ij. ⁊ ibi ꝑ Kyn. ⁊ ꝓbatur per ratio-
nem illius legis, q2 contingit filij commodum, non incommodū.
Item vt operetur trāſmiſſionem hereditatis non adite ad quoſ
cunque, l. apud hoſtes. ⁊ ibi per doct. C. de ſuis ⁊ legi. ⁊ dicā hūc
paſſum infra, de teſt. mili. l. ex militari. in fin. cū l. ſequē. ⁊ in om
nibus alijs caſibus ſimilibus, in quibus filij commodum inſpi-
citur. ſic in caſu legis noſtre illud eſt cōmodum filij inſtituti. Itē
commodum filij cui eſt facta ſubſtitutio, quia decedit teſtatus, ⁊
tunc beneficium abſtinendi non impedit effectum exiſtentie ſui
heredis, q2 hoc non fuit propoſitum pretoris, vt hic, ⁊ l. ſi pu-
pillus. de acquiren. here. ⁊ l. filius. ⁊ l. pater. de priui. cred. ⁊ ita
tenēt doc. vt dixi ſ. Quidā ſunt, in quibus exiſtentia ſui heredis
non operatur cōmodum, nec in cōmodum filij. Verbi gratia, qđ
legata debeantur ex teſtamento paterno. Item libertas ex teſta
mento cōpetat. Nam non curat filius ꝙ venientes ab inteſtato
teneantur. Gl. † que eſt, infra ad Syl. l. j. §. idē Sceuola. videtur
tenere ꝙ exiſtentia ſui heredis confirmāt legata. tex. habuiſtis
in contrariū, infra vt in poſſeſ. le. l. j. ⁊ ꝓbatur in dic. l. ⁊ ſi ex mo-
dica. §. ſi filius. de bon. lib. Predicta fallunt ſ primo, fauore li
bertatis, l. ſciendum, infra de ma. teſta. ⁊ l. cū quaſi. §. ſed ⁊ ſi qs.
j. de fideicōmiſ. liber. Itē fallit in l. ita tñ. §. ſi pater. j. ad Treb.
⁊ rationem ibi dixi. ¶ Ex iſtis cōcludo ad vnū per quod lex no-
ſtra remanebit quaſi declarata. Pone filiū exheredatum, alium
filium inſtitutum, extraneum inſtituto ſubſtitutum, inſtitut⁹ ab
ſtinuit, poterit ne ſubſtitutus ex ſecundis tabulis ſuccedere: Di
co qđ non, q2 exiſtentia ſui heredis operatur confirmationē ta-
bularum pupillarium in commodum ipſius filij abſtinentis, ſi-
ue ipſe filius, qui ſe abſtinuit, fuit ſubſtitutus, ſiue ei facta fue-
rit ſubſtitutio. Sed quia iſta ceſſant in queſt. propoſita, exiſten-
tia ſui heredis non poteſt habere effectum, q2 tunc operat̄ bñfi-
cium abſtinendi. Et eſt etiā tertius caſus, quando filius ſe exp̄ſ
ſe abſtinuit ab hereditate paterna, an tūc operetur beneficium
abſtinēdi: Rñ. ꝙ tunc beneficiū abſtinendi operatur, ⁊ eneruat.
vires exiſtentie ſui heredis. Fallit propter filij delictū. l. ſi ſer-
uum. §. ꝓtor ait. infra de acquirenda heredita. Ratio, q2 ex eo ꝙ
expreſſe ſe abſtinuit, quod exiſtentia ſui heredis operaret̄, eſſet
ſibi dānum: q2 quicquid fit ↄ voluntatem filij, dicitur eſſe ſuum
dānum, vt inſtit. de actio. §. preterea. ⁊ hoc circa iſta, que non re-
ſpiciunt ipſam hereditatem, a qua expreſſe ſe abſtinuit: ſ3 circa
alia extrinſecus, vt circa ſubſtitutionē pupillarem, vel dationez
tutoris, tunc exiſtentia ſui heredis operatur, vt hic, ⁊ l. filius. j.
de acquiren. heredita. ⁊ alijs legib⁹ allega. ſupra Cōtra hoc vi-
detur. j. de legat. j. l. nā nec emancipatus. vbi poſtq̄ quis abſti-
nuit, exiſtentia ſui heredis nō operatur, etiā in his que commo-
dum filij reſpiciunt, vt ibi, coniuncta l. precedenti. Solu. Ibi ad
hoc vt legatū obtineat, teſtator voluit ꝙ hereditatem retineret.
Unde ſenſit ibi teſtator de retentione hereditatis de facto, non
de exiſtentia ſui heredis, que cōſiſtit in iure, l. ⁊ ſi ex modica. §.
ſi fili⁹. de bonis liber. merito exiſtētia ſui heredis nihil operat̄.
h ¶ Quero de tali queſtione. h † dicit ſtatutū huius ciuitatis, ꝙ
8 exbāniti nō poſſunt reuerti ad ciuitatez intra decem annos, niſi
habuerint pacem ab heredibus occiſi, modo filius occiſi ſe ab-
ſtinuit ab hereditate paterna, an poterit facere pacem illi exban
nito ⁊ ſic ꝙ poſſit reuerti. Breuiter ſcđm theoricam preceden-
tem nō eſt dubiū quod fauor filij. eſt, ꝙ occiſor patris ei⁹ poſſit,
vel non poſſit reuerti ſecundū voluntatem filij. Inſtit. de act. §.
preterea, ⁊ facere pacem de illa offenſa. ſeu in illa iniuria non eſt
quid hereditarium, ſed extra hereditatem, l. pro herede. §. fi. in-
fra de acquirenda heredita. ⁊ l. pen. ſ. đ ſepul. viola. Unde cū nō
ſit quid hereditarium, ⁊ ſit fauor filij, concluditur [i] quod exiſten
tia ſui heredis remanet, ⁊ ſic poteſt facere pacem tanquam ſuus
heres inſtitutus in teſtamento. Plura alia eſſent querenda, que
nunc cauſa breuitatis omitto.

ADDTIONES.

POMA. ¶ Si filius qui patri. Pro intellectu huius legis vide
aliqua per Raynutium in repe. l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. ff.
de liberis ⁊ poſthu.

AND. BAR. ¶ Huius timore. Et hanc lect. confirmat Argen
tinus, ſed Bal. reprehendit, q2 non confirmatur tabule in verſi-
cul. dum dicit, nō ſpōte ſuſceptis. Item, q2 non videtur vera in
ſe quia reſtitutio in integrum aduerſus repudiationem validat
tabulas pupillares, ita econtra tabularum pupillarium validi
tas ꝑ aditionē, debet inualidari reſtitutione conceſſa aduerſus
aditionem, ꝑ locū a contrario, erg. l. ⁊ ſi ↄ. infra eod. Ang. hic di
cit opinio. Bartol. poſſe ꝓcedere in caſu huius legis, vbi filius
in poteſtate erit inſtitutus, quo caſu licet reſtitutio fiat aduer-
ſus immiſtionē, ſeu agnitionez hereditatis, tamen remanet ſui-
tas, ſicut ſi a principio repudiaſſet, ſ3 opi. Bald. ꝓcedit, quando
extraneus eſt inſtitutus, q2 cum tunc reſtitutio reponat in inte-
grum ſtatum, perinde habetur ac ſi ab initio fuiſſet repudiauit
Sed certe opinio Bartol. poſſet defenſari, q2 ſi ſemel tabule pu
pillares fuerunt confirmate, remanen valide.

c ¶ Pupillares. Adde ꝙ idem tenet Petr. de ancha. cōſi. xxv.
vbi dicit ꝙ ſola exiſtentia ſuitatis cōfirmat tabulas pupillares
⁊ omnia que ſunt ad commodum filiorum ſuorum.

d POMA. ¶ Expeditis. Vide Pau. conſil. xl. alias. xc. in j. dub.
in ij. vol. Alex. l. apud Iuliannm. §. idem Iulianus. verſic. iuxta
predicta querit. ff. ad Trebel.

e Io. Fr. Ru. ¶ Vulgarem. Adde ꝙ cōmunis opinio eſt cū Bar
tol. ꝙ per dationem ſubſtituti vulgaris, tollitur exiſtentia ſuita
tis, vt late examinando firmat Alexan. in l. ſi filius, ſupra đ lib.
⁊ poſthu. vbi limitat xj. modis. ⁊ in l. apud Iulianum. §. idē Iu-
lianus. j. ad Trebel.

f POMA. ¶ Sed quid. De ratione diuerſitatis inter iſtas duas
conditiones poteſtatiuas, vide Aret. in repe. in l. ſi fratris. C. de
iu. de lib. vide Paul. de Caſt. contra Bart. in d. l. in conditioni-
bus. hic alleg.

g POMA. ¶ Predicta fallunt. Et ratio eſt in dicto §. ſi pater. q2
ibi filius inuitus poteſt cogi ſe immiſcere. Hoc limitat Angel⁹
ſi filius inſtitutus viuit, tunc poſſet compelli vt fideicōmiſſum re
ſtituat. Idem ſi deceſſit poſt morā immiſcendi hereditati. l. non
iuſtam C. ad Trebel. ſecus ſi ante moram deceſſit, quia tunc non
confirmantur, quia illa confirmatio eſt odioſa. Adde hoc verum
rum ſi filius repudiaſſet, ſed ſi tacuiſſet cum tunc tranſmittat ad
quemcunq3 extraneum. Bar. in l. ventre. de acquiren. heredit.
idem videt in herede, quod in filio. Glo. in l. eam quam. de fidei-
cōmiſ. ⁊ ſic ſecundū Ang. in legatis ad pias cauſas ipſorum fa-
uore, quia libertati equiparantur, facit quod not. Barto. in l. p-
xima de his que in teſtat. delen. ⁊ ſic quando filius in poteſtate
eſt inſtitutus, ceſſat diſputatio, an hereditate non adita, debean-
tur de legata pia, vt l. j. C. de ſacroſanct. eccleſie. quia ſaltem iſto
caſu debentur.

h POMA. ¶ De tali queſtione. Vide aliqua per Rayn. in repeti.
l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. ff. de lib. ⁊ poſthum.

i Io. Fr. Ru. ¶ Concluditur. Adde ꝙ deciſi. Bar. doc. ſequun-
tur cōmuniter. vt hic Alexand. ⁊ Iaſo. in fi. licet Are ſolus con-
trariū teneat, ⁊ vltra mod. hic vide Nullū intrac. de bannitis in
iij. parte. ij. tempo. queſti. xxxv. Adde etiā Alexan. ⁊ Iaſon. in l.
pro herede. §. nu. j. de acquirenda heredita. Et ibi Iaſon. pōde
rat vnā cōtrarietatem Bar. Circa iſtam deciſionem, eius cōtra-
rium videtur velle in l. iij. C. Cato. in vlti. col. j. đ verb. oblig. in
vna ratione, quam facit, ponderādo mentem huius ſtatuti.

LEX XIIII.

1 ☞ Pupillaris ſubſtitutio qbus modis finiatur. ⁊ 2. 3. 4. ⁊ 5
6 Subſtitutio pupillaris extinguitur deportatione, nō tamen fi-
deicommiſſaria.
Subſtitutio pupillaris qñ extinguat̄ pupillo effecto religioſo.
7 Si impubes habeat filium intra tempora pubertatis ſubſtitu
8 tio pupillaris finitur.

IN pupillari. Iſta lex eſt ita breuis qđ nō indiget ſūmario. ¶ Di
cit hic, ꝙ finit̄ pupillaris adueniēte pubertate. Que-
ro vtrū finiatur omnino, ita ꝙ nō contineat fideicom-
miſſum: Reſpon. Dyn: ꝙ ſic, l. verbis. ſ. eo. Op. j. de condi. ⁊ de-
mōſt. l. pater ſeuerinam. §. conditionum verba. Gloſſ. non ſoluit,
ideo ſoluit Dyn. ibi exiſtētia ſui heredis cōſideratur, que hic in
teruenire non poteſt. Sed certe ego nō intelligo hāc ſol. Nā ita
poteſt interuenire hic noua conſideratio, vt poſt tēpora puber
tatis valeat iure fideicōmiſſi, ſicut ibi. Quare dic, ꝙ ibi licet vno
tꝑe ſumatur proprie verbum tutela, alio tēpore improprie, ta-
men ſemꝑ tendunt ad eundez effectum, ſcilicet ad prouiſionem
filij vt habeat tutorē, ⁊ curatorem: hic vero ſi poteſt tēpora pu-
bertatis valeret, fideicōmiſſum tenderet ad ↄtrium effectu. Naz
pupillaris ſubſtitutio eſt ꝓuiſio filij, ſed fideicōmiſſum eſt odiū
filio, vt dixi vobis in l. j. circa prin. ſ. tit. j. ⁊ ideo nō variatur ſi-
gnificatio de vno eſſe ad aliud ↄtriū eſſe: ſed de vno eſſe ad aliud
eſſe ſimile tendens ad eundem effectū, bene poteſt variare. Ui-
debitur. j. l. proxim. ⁊ ſ. titu. j. l. iij. §. qui fideicōmiſſaz. ¶ † Hoc
i ꝓmiſſo, quero qualiter finiatur ſubſtitutio pupillaris: Glo. que
eſt hic, dicit ꝙ finitur ſex modis. Vide gl. ⁊ ſigna eā. Addit. Dy.
quoſdā caſus, ſed non curo. nec Rayn. plus dicit quā ibi gl. Tu
vero plenius dicas ſic, ſubſtitutio pupillaris quandoq3 deficit
in ipſo initio, q2 deficit aliquid de ſubſtātialibus. dixi in l. ij. in
prin. ſ. eo. Quādoq3 deficit ex poſt facto, ⁊ iſta eſt mĩa noſtra. ⁊

hoc contingit tribus vel quatuoꝛ mod. Pꝛimo ex perſona teſtā
tis,ſeu teſta. Secūdo ex perſona ſubſtituti. Tertio ex perſona e
ius,cui eſt facta ſubſtitutio. Quarto ex ipſa ſubſtitutione. ¶ Ad
2 uerte per oꝛdinem. Pꝛimo dixi.† ꝙ deficit ratione perſone te
ſtantis,ſeu teſtamenti.vt puta ſi teſtatoꝛ fuit depoꝛtatus, vnde
irritatur eius teſtm̄.l.ſi quis filio.§.irritum.ſ.de iniuſt.teſt.vel
ſi fecerit aliud teſta.vt ī.eo.l.ſi quis cum.in fi. Item ſi teſtamen
tum ſit ruptum agnatione poſthumi.l.ſi pater filiū.ī.eo. Et hoc
tn̄ intellige olim,hodie vero remanent tabule pupillares,p au
then.ex cauſa,vt dixi in l.j.§.fi.ſ.e.tit. Itē ſi hereditas nō adea
tur.l.ij.§.adeo.ſ.eo.quod intellige niſi ſuſtineatur per edictū ſi
quis omiſ.cau.teſt.vt ibidem,vel niſi exiſtentia ſui heredis ope
retur cōfirmationem.l.ſi filius q patri.ſ.eo. Idem rupto teſta
mento per querelā i totū Papi.§.ſed neq; impu.ſ.de inof.teſta.
quod ſimiliter intellige ſm opi.illoꝛum qui dicunt ꝙ hodie re
manent firma legata,ꝛc.per auth.ex cauſa. Hinc tabule pupilla
3 res firme remanent per ea que dixi,in l.j.in fi.ſ.eod. ¶ † Secū
do modo irritatur ex perſona ſubſtituti, vt puta ſi nonreperitur
capax tempoꝛe moꝛtis pupil.l.ſi is qui heres.ſ.eo.ꝙ intellige
ſi non eſt in totum capax. Si vero eſt capax pꝛo parte,ꝙ pparte
4 non dic,vt l.ſi is qui bo.ſ.eo.titu. ¶ † Tertio modo irritatur ex
perſona pupilli cui eſt facta ſubſtitutio,hoc cōtingit multis mo
dis. Pꝛimo adueniente pubertate,vt hic. ¶ Quero vtrū ſuffi
cit vltimum annum tetigiſſe,an ſit neceſſe ꝙ ſit completus. Bre
uiter poſſent allegari iura,pꝛo ꝛ ꝯ,per ea que ponūtur in l.iij.§.
minoꝛem.ſ.de mino. Ueritas eſt ꝙ eo tempoꝛe, quo pupillus
incipit poſſe teſtari,eo tpe,ꝛ momēto deſiīt ſubſtitutio pupilla
ris, Quod pꝛobatur nā ſubſtitutio pupiliaris fit in pꝛouiſionē
file,qui pꝛopter etatē ſibi pꝛouidere non pōt.vt §.e.l.ij.in pꝛin.
ꝛ Inſti.eo circa pꝛin. Cū ergo incipit poſſe teſtari deficit ſubſti
tutio pupillaris. Quo autem tpe hoc fit,habetis in l.qua etate.
ſ.de teſt.per quā legē hoc declaratur. Scōo deficit ſi teſtatoꝛ a
liā impub.etatem taxat,vt ī.e.l.ſi ita quis. Tertio deficit capi
tis diminutione,etiā minima,vt ſ.de ado.l.nec ei.§.eo. Sed ad
id aduerte quoniam licet deſinat ipſo iure ſubſtutio,tn̄ in effectu
remanet valida,q2 debetur hereditas ſtipulatione.illis qui ſuc
cederent ex ſubſtitutione,ſi adoptio facta non eſſet,l.nō enim ali
5 ter,ꝛ l.his verbis.ſ.da ado. ¶ † Iuxta hoc quero extra gl.quid
ſi pupillus fuit paſſus maxima capitis diminutionē,q2 depoꝛ
tatus.vel ſeruus pene effectus. Poſſunt eīn ille pene cadere in
pupillū doli capacem,l.ſi arrogati.ſ.de tut.ꝛ l.impub.ī.de fur.
ꝛ de falſis.l.impub.quid erit tūc? Reſpon.ꝙ vitiantur tabu.pu
pil. Nam remota minoꝛi etate pupillus eſſet in tali etate in qua
poſſet facere teſtamentū. Ideo ſibi facere pater non poterit,ſi
cut quando eſt talis pupillus qui reincideret in alterius poteſt.
vt ſ.eo.l.ij.in pꝛin.ꝛ hoc tenet Gui.de Cug.ꝛ bene. ¶ Sed ꝯ
hoc oppo.q2 quādo datur in arrogationē filij,ſaltē effectus ſub
ſtitutionis pupillaris remanet,quare non ergo hic ita. Reſpon.
ꝙ arrogatio fit in fauoꝛem filij,vt dic.l.nec ei.ſ.de adop. Ideo
non tollit effectum ſubſtit.ꝙ eſt ſimiliter ad fauoꝛem filij ſed de
poꝛtatio fit ad damnū filij,ꝛ pꝛopter eius delictum,merito tollit
ea que ſunt ad eius fauoꝛē,qn̄ ad hoc fit. Et ideo cum ea perdat
que ſunt iuris ciuilis,etiam hoc perdit vt heredem habere non
6 poſſit. ¶ † Sed contra hanc determinationem oppo.ꝙ ſubſtit.
depoꝛtatione nō tollatur,l.ex facto.§.ex facto.ad Treb,ꝛ l.Sta
tius.§.Coꝛn. iure fiſci. Sol.ibi loquitur ī ſubſtitutione fideicō.
que erat ad onus filij,ꝛ ad commodum alioꝛum,ideo depoꝛtatio
ipſius grauati non poteſt extinguere id quod ſpectatur ad com
modum alioꝛum ſed hec ſubſtitutio pupillaris eſt ad ipſius de
7 poꝛtati cōmodum,ideo extinguitur. ¶ † Quero quid ſi pupillus
efficitur religioſus,an finietur pupillaris ſubſtitutio? Dices tu,
Tu videris pꝛeſupponere impoſſibile. Nā pupillus non poteſt
obligari religioni,c.ij.extra de regula, Dicit Gui. intellige ꝙ
parentes obligauerunt eum religioni,l.Lucius.§.pe.ī.ad mu
ni.ꝛ C.de mu.nō cōti.inter patrē,ꝛ filiū.j.ꝛ ij.lib.x.vel fuit factū
ex diſpoſitione,vel diſpenſatione Pape, l.quidā conſulebant.
de re iudi. In caſu.dixit ipſe finietur ſubſtitutio,q2 efficitur in
teſtabilis filius,etiam remoto impedimento etatis,vt auth.in
greſſi.C.de ſacroſanct.eccle.ꝛ dixi ſ.pꝛoxi.queſt. Nec ob.ꝙ dꝛ
de filio dato in arrogationē, vbi effectus non extinguitur.,quia
arrogatio non eſt impedimentum perpetuum,ſed poteſt ſolui d
facili,ſcilicet emancipatione,vel arrogatione ꝛ moꝛte. Inquan
tum Gui.dicit de filio effecto religioſo ex diſpenſatione Pape,
dicit verum de filio tradito a parentibus religioni,non puto ve
rum. Nam Decretales dicunt ꝙ pupillus traditꝰ religioni non
eſſet perpetuo traditus ſed poteſt penitere quouſque ad annos
quatuoꝛ deci peruenerit,vt in c.ij.ꝛ c.cū virū,extra de regula.te
net tn̄ interim ingreſſus vt ibi: ꝛ ideo putarem idem dicendum
ꝙ in filio dato in arrogationem,vt extinguatur, ſcilicet non to
taliter,quod putarem maxime verum,quando a ſola matre poſt
moꝛtem patris traditur monaſterio ꝙ hꝫ fieri dic.c.ij.extra
regul.p Inno.ne ſit in matris poſtea extinguere ſubſtitution
paternā. ¶ Idem finitur ſubſtitutio pupillaris emācipatiōe p
pilli,ſi ante moꝛtem patris fuit pupillus emācipatus,l.cohere
a di.§.cū filie.ī.eod. Circa hoc[a] † quero[b] qd ſi impubes hab
8 rit filiū intra tēpoꝛa pubertatis. Dices tu hoc eſt impoſſibil
b Sꝫ certe reperit ꝙ mater cōcepit in ix.anno, ꝛ peperit ante
c annū cōpletū,licet ſit cōtra cōmunem conſuetudinē,ar.l.ſi.m
ioꝛ,C.de legi.here. Et hoc eſt ꝙ dicit quedam decretalis de
puberibus quoꝛum malitia ſupplet etatem,vt extra.de deſp
impub.cap.de illis. Breuiter cum hoc ſit poſſibile,dico ꝙ p
pillaris ſubſtitutio finietur natiuitate filij,vt l.ex facto.i pꝛi
ī.eo. Idē deficit ſubſtitutio pupillaris ex defectu ipſius ſub
tutionis,vt ſi eſt facta ſubſtitutio ſub conditione extrinſeca,
deficit,vt ſ.cod.l.quid liberis.in pꝛincip.

ADDITIONES.

a Poma. ¶ Circa hoc. Uide Imo. Paul.ꝛ Alex.in l.huma
tis.in glo.in verbo.ceſſat.C.de impuber.
b ¶ Quero. Adde ꝙ cū hac deciſione Bar.trāſit Nicol.de N
Bal. Raph.ꝛ Imo hic quātum Angel. limitat non proced
ſi abſtinens non fuiſſet maſculus,qui conſueuit ſumere vin
vt no.gl.in capi.j.§.hoc autem notandum.qui feud.da.poſ
Angel.tranſit Imo.addens illud verum extante maſculo
ſi femina extaret abſque maſculo.an autē illa glo.ſit vera
dicit videndum Ange.conſil. xxij. tu dic ꝙ eſt. cclxxvij
tamen ſtatuto de quo hic per Bartol.dicunt Cyn.ꝛ Bal.in
qui.C.ar.tu.ꝙ ſi filius fecerit pacem cum occiſoꝛe,ꝙ ex ho
detur eius hereditatem adiuiſſe,hoc idē tenet Bar.in l.
de.de acquiren.heredit.in lec.antiquis.ſed quid ſi ſit ſta
ſtantibus maſculis femina non ſuccedat,maſculus dica
ſuus,etiā quo ad poꝛtionē filie ſibi accreſcentē ex ſta
ꝙ illā nō aditā,trāſmittat ad quoſcunq;, Paul. de caſt.
de acquir.herede. refert Bald.conſuluiſſe ꝙ ſic q2 ſt
eam haberi pꝛo moꝛtua. Nam maſculus in totum eſt
eſt notandū de qua queſtio.per Ron. l. in l. ventre.
Cyn.Angel.ꝛ Saly.in l.j.C.ad legē Iul.de adul.p B
lxxix.incip. Maria.de baſtardis.ex vltimo ſcriptis
xan.vide dom. Cardin.conſil.lxxx.
P.Pau.P. ¶ Bart.hic decidit pulchꝛum caſum,
de Cō.cōſi.cxxv.vide etiā Pau.de caſt.conſi.cxiij.q
c trariari. ¶ Impoſſibile. Adde ꝙ gl.xx.queſt.j.cap.
puerum nouem annoꝛum ingrauidaſſe nutricē. Hiero.
lxxxv.ad Bytamum,refert ꝙ Salomum ꝛ Achan.in x
no liberos pꝛocrearunt. Hoſti.etiā dt vidiſſe, nō ſolū fe
ſꝫ maſculos in pupillari etate generare.ꝛ cū deciſione B
ſit Ang.hic Idem. Bal.in l.pꝛecibꝰ C.de impub.ꝛ aliis
Idem Gul.de Cug.ibi dicens,ꝙ alias ſequeretur ꝙ ind
fauoꝛem odium operatentur,contra l.ꝙ fauoꝛe. C.de leg
Bal.in l.humanitatis.ꝛ Ibi Fulgo.C.eod.ꝛ Bal.in l.
in pꝛin.ꝛ in l.nec.enim ſ.de adop.vbi limitat iſtud dict
eū qn̄ impubes ſcriberet filios lehitimos,ꝛ naturales,ſec
turales vel ſuperios,q2 tunc nō expirat pupillaris, ſꝫ fide
miſſaria ſic. Allegat.l.generaliter.§. cum autem.C.de in
ſubſtit.ſꝫ meliꝰ allegaſſet l.ex.fato.§.ſi qs rogatꝰ.j.ad T

LEX XV.

1 ☞ Subſtitutio compendioſa directis verbis facta intr
ra pubertatis,trahit ad bona patris ꝛ filij,poſt ad bona
2 Compendioſa in ſubſtitutione, poſt tēpoꝛa pubertatis
3 fructus.
Subſtitutio directa in aliam directam mutatur, non in fi
miſſariam.
4 Subſtitutio pupil.cōpꝛhenſa in cōpēdioſa, eſt tacita ſp
ter expꝛeſſa tamen generaliter,ꝛ excludit matrem.
5 Subſtitutio tacita pupillaris compꝛehenſa in expꝛeſſa
ri,non excludit matrem.
Tacita pupillaris continetur in expꝛeſſa vulgari quan
ter eſt in medio,licet contra matrem non habeat effectu
6 Subſtitutio compendioſa quid ſit.
7 Mater ſi repudiat hereditatem filij ab inteſtato,alij ab in
to veniētes nō ſuccedūt,ſꝫ ſubſtitutꝰ ex tacita pupillari ſu
8 Subſtitutio compendioſa poſt tempoꝛa pubertatis obl
fauoꝛe matris.
9 Effectus qui reſultant cum ſubſtitutio compendioſa poſt
poꝛa pubertatis obligatur.
10 Subſtitutio oompendioſa dicitur,quia ſub compendio v
rum plures ſubſtitutos completitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Subſtitutio compendioſa facta a milite, eſt proprie ſubſtitutio facta a pagano, eſt adiectio.
Stante ſtatuto ꝙ filie femine teneantur ſtantibus maſculis ob ſeruare diſpoſita a teſtatore, tunc etiam paganus poteſt ſubſti- tuere directo compendioſe femine.
Effectus ſubſtitutionis compendioſe facta a milite.
Effectus compendioſe ſubſtitutionis in pagano.
Subſtitutio compendioſa facta per verba mere directa, vt quā docūq; deceſſerit, vel intra xxv. annos, talis ſit heres obliquet.
Uerba directa ⁊ ciuilia.
Uerba directa non ciuilia.
Subſtitutio facta quandocunque quis deceſſerit, talis ſit heres que ſit.
Subſtitutio cōpendioſa facta alicui directo in certa portione, vel in certa re, an valeat iure directo intra tempora pubertatis.
Subſtitutio facta per hec verba, quandocunque ſine liberis deceſſerit lego Titio bona mea, intra tempora pubertatis non valebit iure directo.
Uerbum lego, licet ſit directum, tamē propria non trahitur ad inſtitutionem.
20 Subſtitutio compendioſa facta per verba mere obliqua, omni tempore eſt fideicommiſſaria, ⁊ non excludit matrem.
Reſtitutio eſt verbum obliquum.
21 Subſtitutio facta hoc modo, quandocunq; filius meus deceſſerit ſine liberis, volo quod bona mea dētur vel dſtribuant inter pauperes Chriſti per meos fideicommiſſarios, nō erit fideicommiſſaria intra tempora pubertatis, ſed valebit iure directo.
Uerbum accipiat, relatum ad vniuerſitatem bonorum trahitur directam pupillarem.
Fideicommiſſarij conſtituti teſtamento, nullis alijs datis heredibus habentur loco heredum.
22 Tacita pupillaris que colligitur ex preſumpta volūtate defuncti, excludit matrem.
23 Subſtitutio facta per hec verba, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, tunc bona mea dentur pauperibus, nec dicatur per quem omni tempore erit commiſſaria.
Epiſcopus quādo pauperes ſunt inſtituti quando habeatur loco heredis.
24 Teſtator ſi dixit, volo ꝙ bona mea vendantur, ⁊ pretium eorū detur pauperibus per fideicommiſſarios meos, intra tempora pubertatis valebit iure directo.
25 Teſtator quando dicit, volo ꝙ bona mea vendantur ⁊ pretium detur paupe. quorum electio fiat per fideicommiſſarios meos, an talis ſubſtitu. ſit pupillaris intra tempus pubertatis.
26 Subſtitutio compendioſa facta per verbū commune ſubſtituo, an omni tempore ſit fideicommiſſaria, vel intra tempora pubertatis valet iure directo, ⁊ poſtea fideicommiſſario.
17 Et ex quibus cognoſcat ꝙ ſit directa.
28 Actiones non veniunt appel. bonorum mobiliū, ⁊ immobilium.
29 Filij teſtatoris quādo ſunt ſubſtituti pupillo per fideicōmiſſum, matrem excludunt ex preſumpta mente teſtatoris.
30 Uerbum quod poteſt ſe habere ad plura, tempora, in dubio cōprehendit futurum.
21 Teſtator ſi dicit, ſubſtituo tali filio meo impuberi ſi deceſſerit ſine liberis, quando videatur etatem limitaſſe.
32 Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune an contineat vulgarem, ſcilicet ſi inſtitutus non erit heres, ⁊ fideicommiſſariam.
33 Subſtitutio compendioſa facta per verbū commune in re certa quando valeat.
34 Uerbum commune adiectum certe rei, vel quantitati, nunquam trahitur ad inſtitutionem.
35 Teſtator ſi inſtituit filiam in certa quantitate, ⁊ ſi decedat ſine liberis in pupillari etate, vel poſtea quādocunq;, voluit quod dicta quantitatis veniat in talem, non continet pupillarem.
36 Subſtitutio cōpendioſa facta per verbum cōmune in certa portione ſub nomine quote trahitur ad directam.
27 Teſtator ſi dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea deueniāt ad talem, an hec ſubſtitutio valeat in filijs filiorum.
38 Subſtitutio compendioſa facta p plura verba, videlicet vnum directum aliud obliquum, vel commune, quomodo iudicabitur.
40 Uerbum directum quando in ſubſtitutione appoſitum poteſt, ſe habere per modum diſpoſitionis, ⁊ demonſtrationis, in dubio intelligitur demonſtratiue.
41 Subſtitutio qualis ſit, quādo in diuerſis pſonis ſubſtitutis apponuntur diuerſa verba, ſcilicet directa, communia, ⁊ obliqua.
Uerbum commune adiectum certe portioni alio vniuerſali herede inſtituto, non trahitur ad inſtitutionem, alias ſecus.
42 Teſtator ſi inſtitutione reliquit certa legata ſingularia demū dixit, reſiduum bonorū meorum volo ad talem peruenire, ſubſtitutio non alteratur.
43 Uerbum directum eſt quod de ſui natura hoc importat, vt ille cui relinquitur ſua manu accipiat, nec in alterius factū trahitur.
Uerbum heres eſto, eſt directum.
44 Uolo quod talem heredem recipias importat fideicom. item illud, Rogo vt talem heredem facias.
45 Uerba obliqua ſunt illa, que ſonant vt quis accipiat d̄ manu alterius, ⁊ ſic factum alterius quaſi teſtantis requiritur.
46 Uerba cōmunia dicuntur, que poſſunt habere vtrāq; ſignificationem, vel quod quis de manu ſua accipiat, vel de manu alteri⁹.
47 Uerbum ſubſtituo, quare non ſit directum ſicut inſtituo.
48 Uerbum perueniat, eſt verbum commune.
49 Uerbum pertineat, eſt verbum commune.
50 Uerbum habeat eſt commune.
51 Remaneat eſt commune. Idem verbum redeat.
52 Uerbum ſuccedat, eſt commune.
53 Reuertatur eſt commune.
54 Deuoluatur eſt verbum commune.
55 Uerbum accreſcat, eſt verbum obliquum.
56 Uerbum, moriatur, eſt commune gentium.

a Centurio. [a] In iſta lege tractabo materiam
a ſubſti. compendioſe pleniſſime.[b] Et eſt lex iſta famoſa, vtilis, pulchra. Et diuiditur in duas partes. Primo loquitur de filiis decedentib. intra pupillarem etatem. Secundo de decedentibus poſt eā. Secunda ibi, poſt eā aūt. ⁊ breuiter hoc dicit. Subſti. compendioſa facta a milite impuberi, intra tempus pubertatis traditur ad oīa bona patris ⁊ filij, poſtea vero ſolum ad bona fratris cū fru
1 ctibus ex priuilegio ſpeciali. hoc dicit. ¶ † Not. ꝙ ſubſtitu. cōpendioſa directis verbis facta intra tempora pubertatis trahit ad omnia bona patris, ⁊ filij poſt tempora pubertatis valet quā
2 tū ad bona patris. ¶ † Not. ꝙ in ſubſtitutione cōpendioſa poſt tempora pubertatis veniunt fructus. Cp. d. l. ſ. proxi. ⁊ l. verbis ciuil. vbi ex poſtfacto nō variatur ſubſtitutio, ſed hic variatur, q2
3 primo valet pupil. demū aliter. So, † directa non mutatur in fideicom. vt in contrarijs, ſed vna directa in aliam directā ſic, vt hic. ⁊ ſic de voluntario herede fit neceſſarius l. iij. §. qui fideicō. ſ. ti. Ratio q2 in habentibus ſymbolum ⁊c. l. iij. in fi. cū l. ſeq. de bo. poſ. ⁊ l. ſi acceptolatum. ff. de accepti. ⁊ l. in rem. §. quecunq;. de rei ven. Ita vna directa in aliā directam, non autē in fideicō. que eſt ibi oppo. Cp. dicitur hic, ꝙ veniunt omnia bona patris, filij. Cōtra. ſ. eo. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ſol. ibi in filio arrogato, hic in naturali. Cp. ꝙ in filio naturali non veniunt oīa bona. l. miles ita. §. exheredato. de mili. teſt. vbi nō poteſt ſubſti. valere iure pupillaris directe. Sol. hic loquitur in filio in pote. Cp. de l. ſi. C. de inſt. ⁊ ſubſt. ⁊ l. precibus. C. eo. vbi ex tacita pupil. non ſucceditur impuberi, nec veniunt bona eius: Solu. ſm gl. hic, q2 ibi qñ mater eſt in medio, quo caſu in expreſſa vulgari non continetur tacita pupil. hic vero non erat mater in medio, merito ibi non veniunt bona impuberis. q2 ibi nulla eſt pupillaris expreſſa vel tacita. ita videtur tenere glo. hic quā no. ¶ Iſta
4 gl. † preſupponit duo. Primū ꝙ ſubſtitutio pupil. comprehenſa in compendioſa ſit tacita. Illud etiam videtur probari per
c tex. ⁊ gl. magnā, in d. l. precibus. Cho dixi,[c] ⁊ dico circa hoc, ꝙ eſt tacita ſpecialiter, tñ expreſſa poteſt dici generaliter, q2 ſub hac generalitate verborum comprehenditur pupillaris, ⁊ excludit matrem iſta pupillaris cōprehenſa in cōpendioſa. d. l. precib. ⁊
5 patet, in c. j. de teſta. lib. vj. Et in hoc † differt a tacita pupillari q̄ continetur in expreſſa vulgari, que non intelligitur nec ſpecialiter, ned generaliter, ſec a iure intelligitur. vt ſ. eo. l. j. dixi ⁊ mater non excludit ſecundum dictā determinationē. ſ. c. in l. §. in materia pupillaris ſubſtitutionis. Secūdū eſt ꝙ vulgaris expreſſa quando mater eſt in medio, nō continet pupillarem tacitā ſed gl. in d. l. precibus. dicit cōtrariū, ꝙ etiam tunc cōtinent tacitā pupil. que tñ non habet effectum cōtra matrem, ⁊ ſic habetis gl. contrarias, Pe. vt refert Cy. in d. l. precibus. in ſecundo contrario, videtur tenere ꝙ nō contineatur tunc tacita pupillaris. quando mater eſt in medio ⁊ ſic tenet iſtam gl. licet de ea nō faciat mentionem. ⁊ probat ſic, quia tātum valet tacitum quātū expſſum. l. cū qd. eer. pet. ſed expreſſū excluderet matrē, ergo ⁊c. Preterea expreſſio eorū q̄ tacite inſunt, ſi exprimat ⁊c. l. iij. ff. de leg. j. ⁊ ideo nō operat. Cōtra Pet. arguo. ſic. Subſtitutio que ab initio nō comprehendit pupillarem, ex poſt facto non comprehendit eam. l. que ab initio. de regu. iur. Item, quia tempus teſt. debet inſpici. l. ſi ita. ff. de aur, ⁊ argen. leg. vt ibi dixi, ⁊ tenēt doc. in materia reciproce, vt dixi. in l. Lu. ff. e. Hoc premiſſo, lex dt ꝙ licet ſit in medio tēpore quo fit teſtamentum, vel tempore mortis teſtantis, ſi decedat mater poſtea antequā pupillus tacitā pupillarem vulgaris cōplectitur, ⁊ ex ea ſucceditur pupil.

ſi. C. de inſti. ⁊ ſubſti. Si igitur nõ poteſt dici ꝙ ex poſt facto non poteſt comprehẽdi, ergo ab initio cõprehendit eã, licet ſine eſſe ctu, ſit ꝓpter matrẽ. Unde puto ↄ̃rias gl. dicere verũ. Et hoc ſe
d quitur [d] magna vtilitas, †ꝙ ſi mater repudiat hereditatẽ filij
6 ab inteſtato, nõ veniret alij venientes ab inteſtato, ſed ſubſtitut⁹ ex ſubſtitutione tacite pupillaris, que in vulgari in veritate cõtinet licet ↄ̃ matrem non habeat effectum. Nec eſt curandũ, vtrũ mater morte, vel repudiatiõe excludaẗ, arg. l. ij. §. ſed ſi ſint ſui. ⁊ §. ſeq. ĩ. ad Tertu. ⁊ iſtã op. puto verã. Nõ. ob. ratio Pet. ſ. ꝙ tantum valet tacitũ, quãtũ expreſſum, qꝛ illud nõ eſt verum ſemper vt patet in filio, qui debet nominatim exheredari, nõ preteriri ſilentio: ⁊ ſic debet mr̃ priuari ab hereditate filij per expreſſã ſubſtitutionẽ. nõ ꝑ tacitã, niſi tacita eſſet probata, vt dixi in materia ſubſtitutionis pupillaris. Nõ ob. illa ratio qꝛ expreſſio eorũ, que tacite inſunt nihil operaẗ. ſ. in his que inſunt de neceſſitate ſed de voluntate ſecus. l. talis. ĩ. de leg. j. ⁊ dixi in l. iij. eo. ti. Itẽ hic
7 tacita pupillaris cõtineẗ de volũtate nõ de neceſſitate. ¶ †Op. ad ſecundã partẽ de l. precibus. vbi ſubſtitutio cõpẽdioſa poſt tẽpora pubertatis ſit fideicõmiſſaria hic ↄ̃. Sol. Pileus fatetur ↄ̃rium ſed falſum eſt ꝑ gl. hic qꝛ miles etiã poſt tẽpora pubertatis poteſt ſubſtituere maiori l. vt l. miles ita, ⁊ l. milites etiã his. de teſt. mili. Probo extra gl. ꝙ ſit falſum qꝛ in ſubſtitutione fi-
e deicõmiſſaria nõ veniũt fruct⁹ ꝑcepti tꝑe mortis [e] teſtatoris. l. iubemus. C. ad tre. ſꝫ hic ſi veniũt fructus, vt in fine legis patet. ergo nõ loquitur in fideicõmiſſaria. ſed in compendioſa. Ad l. p̃cibus reſpondet gl. ꝙ ibi ꝓpter matrẽ que eſt ĩ medio obliquaẗ,
8 ſicut fauore matris tacita nõ hꝫ effectũ, vt dixi. ſ. effect⁹ vero† obliquat⁹ poſt tẽpora pubertatis eſt magn⁹, vt hic: ꝓpter fruct⁹ ⁊ legitimã, que nõ veniũt in reſtitutiõe. l. coheredi. §. cũ filie. ĩ. e ꝓpter beneficium diui Adriani, ⁊ multa alia. Nã in directa hr̃s ſuo iure poteſt adire ſꝫ fideicõmiſſari⁹ oportet ꝙ petat d̃ manu heredis vt hic, ⁊ dicta l. precib⁹. Sꝫ licet hoc teneãt doc. ⁊ in ſe ſit benedictũ, tñ quantũ ad legem noſtrã non placet, qꝛ ſi mater eſt in medio, nõ obliquaret. vt hic. Nõ ob. l. precibus, qꝛ ibi facta fuit ſubſtitutio ꝑ verbũ cõmune ſcilicet, ſubſtituo ⁊ tũc obliquatur poſt tẽpora pubertatis ⁊ intra tẽpora pubertatis valuit iure directo, ſed hic ſubſtituitur directo vt hic diciẗ: ergo miles poſt tẽpora pubertatis directo poteſt ſubſtituere. l. miles ita ⁊ l. milites de teſta. mili. ¶ Op. de l. vbis. ſ. eo. Sol. hic in milite ex ſpeciali priuilegio ibi in pagano. ¶ Op. d̃ l. Sceuola. ĩ. ad Treb. Sol. ibi in codicillis ideo ad fideicõmiſſuꝫ trahitur vt ibi patet ⁊ illi codicilli fuerũt facti a priuato. Nã miles etiã in codicillis poſſet ſubſtituere directo l. militis codicillis. in pn. d̃ teſt. mili. Op. ꝙ fruct⁹ medij tẽporis nõ reſtituanẗ. l. iubemus. C. ad Treb. l. in fideicõmiſſariã. ĩ. ad Treb. Sol. ibi in reſtitutiõe que fit ꝑ fideicõmiſſum, hic in ſubſtitutione compendioſa directa in qua veniũt fructus nõ omnes ſed illi qui ſunt percepti ⁊ reperiuntur in hereditate vt hic dicit tex. not.

## §. Ueniamus.

Ad materiam compẽdioſe que alta multũ ẽ ⁊ ſubtilis ⁊ male tractata ⁊ magis cõmunis quã aliqua alia. Et primo quero quid ſit ſubſtitutio cõpẽdioſa. Scḋo quare dicatur cõpẽdioſa. Tertio de eius
9 effectu. ¶ †Ad primũ dico ꝙ ſcḋm ꝙ eſt de mẽte Azo. in ſumma ⁊ aliorũ illa eſt compendioſa que ſub cõditione mortis vel alia multa cõplectitur tꝑa. Quod dico ſub cõditiõe mortis apparet ꝑ exemplũ poſitũ hic ⁊ in l. precib⁹. ait eñ ſi filius meus deceſſerit. Qḋ dico vel alia intellige etiã ſi eſſet appoſita aliqua cõditio, vt puta, ſi aliq̃d fecerit, eadem eſſet ſubſtitutio. Qḋ dico, multa cõplectiẗ tempora. ſ. tẽpora pubertatis. vel pupillaris vel aliud: hoc aũt ſit, vel tẽpore limitato, vt qꝛ dixit, ſi intra xxv. ann. deceſſerit, vt hic: vel tempore non limitato, vt qui dicit, quandocunqꝫ deceſſerit, vt l. prealleg.

10 §. Secundo. Quero quare dicaẗ cõpendioſa: Reſpon. qꝛ ſub cõpendio verborum plures ſubſtitutiões cõplectit, ſeu plura tẽpora ⁊ iſtud nomen fuit introductũ ab imperatore. d. l. precib⁹. facit ad hoc l. Meuius.
11 §. duorũ. ĩ. de leg. ij. ibi, orationis cõpẽdio. † Sꝫ an iſta cõpẽdio
f ſa ſit ꝑ ſe ſubſtitutio. an vero quedaꝫ adiectio. Ueritas [f] eſt ꝙ ſi iſta ſubſtitutio fiat a pagano, tũc eſt magis adiectio quã directa qꝛ in ea plures directe cõtineñ. ſ. vulgaris, ⁊ pupillaris, ⁊ exemplaris, ⁊ alia fideicõmiſſaria: ſꝫ ſi fiat a milite, q poteſt etiã tẽpora pubertatis ſubſtituere iure directo, tũc nouã ſubſtitutionẽ in ſe cõtinet, ideo eſt vera ſubſtitutio. ita voluit Dy. in tractatu ſubſtitutionũ. ita voluit gl. ſ. ea. l. ⁊ hoc ꝓcedit de iure cõmuni. Sed in quibuſdã ciuitatibus, ſunt etiam ſtatuta ſecundum que etiam pagani poſſunt ſubſtituere directo poſt tẽpora pubertatis. Dicit eñ ſtatutũ ciuitatis huius quod filie femine cogantur obſeruare omnia a teſtatore diſpoſita ſtantibus maſculis. Et ideo ex
g forma hui⁹ ſtatuti, q vel ſimilis põt ſubſtitui directo filie femine. ⁊ ſic iſta ſubſtitutio poteſt fieri a pagano directo vt hic in femina non extantibus maſculis. ⁊ hoc credo verum.

b §. Tertio. Quero de effectu [b] ſubſtitutionis cõpe[ndioſe]. Iſtã queſtionẽ examinemus per q[ue]
12 nes. ¶ †Primo, quis ſit effectus compendioſe ſubſtitu[tionis] in milite. Reſp. Aut a milite ſit per verba mere directa, ⁊ [...] quitur lex noſtra. Aut per verba cõmunia, ⁊ tunc ſi mater [...] medio poſt tẽpora pubertatis obliquatur. l. precibus. ali[...] leret ſemꝑ iure directo per hãc legem, ⁊ l. precibus. Aut f[...] verba obliqua, ⁊ tũc ſemꝑ eſt fideicõmiſſaria. l. coheredi. §. [cũ fi]lie. ĩ. eo. ⁊ hoc verum, ↄ̃ opin. Pilei. ⁊ hoc in milite. Idem [...] in pagano qui poſſit ſubſtituere directo poſt tẽpora puber[tatis]
13 vt ſ. dixi ex forma ſtatuti. ¶ †Secũdo quero, qs ſit effectu[s com]pendioſe ſubſtitutionis in pagano. Reſp. ſecundum. gl. no[...] Aut ſit talis compendioſa per verba mere directa, et tunc [...] tempus pubertatis valet iure pupillari, poſt nullo modo [...] bis. ⁊ l. in pupillari. ſ. eo. Aut ſit per verba mere obliqua [...] eſt fideicõmiſſaria. d. §. cũ filie. Aut ſit ꝑ verba communia, [...] verbũ ſubſtituo, ⁊ tunc gl. contrarie, qꝛ glo. penul. in l. prec[ibus] dicit, quod ſemper eſt fideicommiſſaria, ſed gl. Inſti. eo. §. [...] tione. in gl. magna, dicit quod intra tempus pubertatis va[let iu]re directo, nos infra de hoc dicemus. Aſſumo per tres q[ueſtio]
i nes principales ⁊ ſic habet tria membra. Primo quero [...]
4 ſit effectus compendioſe, quãdo ſit ꝑ verba mere directa, [...] docunqꝫ deceſſerit, vel ſi intra xxv. anno. deceſſerit, talis [...] res. Gl. vt dixi, dicunt qḋ poſt tempora pubertatis nullo [...]
k let, [k] ſed ante ſic. l. verbis. ⁊ l. in pupillari. ſ. eo. ⁊ hoc ten[...] hic, ⁊ in l. precibus. ⁊ Inſtit. eo. d. §. qua ratione. in gl. ma[gna] Azo in ſumma. Ja. de Bel. Dy. ⁊ omnes, ⁊ Bar. in cap. [...] tius extra de teſta. ⁊ Inno. and. [l] in cap. j. de teſta. vj. in gl. qua ſuperuenit hodie Jo. an. in c. j. de teſta. ſu ꝑ nouell[a] net quod intra pupillarẽ etatẽ valet iure directo, poſtea [...] deicõmiſſi. De primo eſt caſus, dicit ipſe in d. c. j. de teſta. ⁊ de ſcḋo. dicit ipſe ꝙ eſt caſus in ca. Raynutius. vbi [...] poſt tẽpora pubertatis valet iure fideicõmiſſi. Itẽ dic[it] de iure ciuili eſt caſus in l. precibus. Nam ibi nulla [...] poniẗ in milite licet fuerit ſic de facto, quod nitiẗ ve[...] multas rationes, vt patet ibi. dicit etiã, ꝙ queſtio iſta [...] tata ꝑ vltramontanos, ⁊ vltimo Bononie ꝑ domin. [...] tis, q dicebat ꝙ hec opin. eſt multũ cõgrua voluntat[i] licet ↄ̃riũ teneret. Si igitur eſt voluntas teſtatoris, dic[...] go ⁊c. l. in conditionibus. de condi. ⁊ demonſtra. Nõ o[b. l. in] pupillari. ⁊ l. verbis. ſ. e. dixit ipſe. qꝛ ibi volebat ſubſti[tuere pu]pillariter tãtum, ⁊ ꝑ errorem maius tẽpus expreſſit: vel [...] in d. l. verbis. vbi dicit fruſtra, ſcilicet, quantũ ad inſtitu[...] directã, valebit tñ iure fideicõmiſſi, ⁊ iſte eſt in fine eius [...] Neſcio quid dicã, tamen forte vtraque opi. poſſet ſuſtine[ri]
m mihi [m] videtur, ꝙ verba directa quantũ ad preſens temp[us re]
5 periantur duplicis generis. Quedaꝫ ſunt† directa ⁊ ciuili[a que] eſt a iure ciuili introducta, vt verbum, heres eſto, vt l. leg[...] nire, infra de verb. ſignifi. Scitis eñ ꝙ deportatus non [poteſt] eſſe heres, qꝛ nõ hꝫ ea que ſunt iuris ciuilis. Itẽ pretor n[õ po]teſt facere heredẽ, ſed bonorum poſſeſſorem, ⁊ ſimiles [...] verbo inſtituo, l. prima ⁊ ꝑ totũ. ſ. titu. j. Et iſto modo acci[pien]
n do [n] ſi ſubſtitutio eſt facta per verba directa ciuilia, ſi ſem[per va]luit iure directo, nunꝙ trahitur ad fideicommiſſum, l. ver[bis. ſu]pra codẽ, ⁊ not. ibi ciuilibus, ⁊c. Ita etiam not. in l. pupilla[ri ſu]
6 pra codẽ. Quedam † ſunt, verba directa non ciuilia, hoc [...] diriguntur ab ſubſtitutuꝫ, vt ipſe de manu ſua capiat, nõ [...] eam quã. C. de fideicõmiſ. in glo. ſuper verbo, directis. Ex[em]plum in verbo accipiat, [o] ⁊ in verbo capiat, in verbo mo[riatur]
o cap. j. de teſta. libro vj. ⁊ ideo iſta verba ſunt magis cõgru[a ⁊ cõ]munia omnibus gẽtibus, ⁊ animalibus. Et iſto ſecundo m[odo ac]cipiendo dico ꝙ opinio Joannis Andree eſt vera. Probo [...] Illud dictũ talis accipiet, vel talis moriatur, ⁊ ſimilia ver[ba poſ]ſet intelligi, ꝙ qs accipiet iure directo, vt heres. ⁊ poſſet in[telligi] vt quis, vt legatarius accipiat, ſua tñ authoritate, l. Titia [...] lega. ij. Et ſic iſta verba de iure ciuili non habent propriũ [ſigni]ficatum, quoniã verba iuris ciuilis non ſunt, ⁊ ideo indu[...] telligerentur ſecundũ ꝙ caſus eueniet, ꝙ ſi pupillus mo[riatur] intra pupillarem etatẽ lex interpretatur ſubſtitutionẽ [directam] ſi poſtea moriatur, interpretaẗ fideicommiſſariã, Simile [...]
p P in verbo quod poteſt reperiri in preterito ⁊ futuro. [...] illud interpretatur ſcḋm accidentiam facti, qꝛ ſi in pret[erito] occureret in eo interpretabitur, ⁊ ita econtra, l. iij. de adim[...] ga. ⁊ l. hec conditio. §. fin. de condition. ⁊ demonſtration. [...] hoc patet reſpõſio ad contrariũ quod dicit, ꝙ ſubſtitutio [...] nunꝙ obliquatur, concedo, ſed iſta nunquã fuit directa ſi p[u]pillarẽ etatem deceſſerit, quia hic ſciebat lex, illum primo m[...] turum, l. cum quidam. § . ſuum heredem. de acquirenda here[...] ditate. et ideo lex ſemper fuit certa, et ſi pupillus deceſſi[t]

pupillari etate, eſſet directa, qꝛ certa erat lex. Sed quando ſunt
verba directa ciuilia, illud verbu habet in ſe propꝛium ſignifica
tum, vt iure directo ſit heres, ⁊ ideo ibi nõ eſt neceſſaria interpꝛe
tatio, qꝛ ſic voluiſſe defunctum conſtat, ideo poſt tempoꝛa puber
tatis non obliquatur, ⁊ ita dico, hoc foꝛte voluit ſentire Joann.
And. in fine gl. ſue nouelle, vbi facit differentiam inter directaȝ
directo, ⁊ inter directam non directo. ¶ † Quid ſi teſtatoꝛes ſic
ſubſtituit, quãdocunq; deceſſerit ſine liberis, talis ſit heres. Gl.
in l. pꝛecibus dicit, ꝙ omni tẽpoꝛe eſt fideicommiſſaria, quia di
cit, ſine liberis. Idem Inno. in c. Raynutiꝰ. extra de teſta. Hy.
⁊ alij dicũt iſtam opinionem eſſe falſam, vt hic ⁊ contra caſum
huius legis: qꝛ hic fuerunt appoſita illa verba, ſine liberis, ⁊ ta-
men valet iure cõmuni intra tempoꝛa pubertatis, nec etiam illa
verba habent inducere fideicommiſſariã ſubſtitutionẽ, nam con
gruunt pupillari etati. Conſtat enĩ pupillum decedere ſine libe
ris. Jacob. de Bel. nititur tenere gl. quaſi illa verba, ſine liberis
videantur ad maioꝛẽ referri, qui poteſt decedere ſine liberis. l.
j. de ſuis ⁊ legi. ⁊ dicit ad hãc legẽ, quod hic eſt ſpeciale pꝛiuile-
gio militis, ⁊ nõ obſtat ꝙ hic dicat iure cõmuni, qꝛ pꝛiuilegium
eſt in milite quod intra pubertatis tẽpoꝛa valeret iure cõmuni,
⁊ trahit ad omnia bona patris, ⁊ filij. Et iſta ſunt verba ſua que
nõ habent iuris ſapoꝛem, ⁊ ſunt cõtra, cap. j. extra de teſta. li. vj.
⁊ eſt caſus in hac lege. Nõ obſtat ſi dicatur, non dicitur decede-
re ſine liberis, niſi ille q eos habere nõ poteſt, qꝛ eſt falſuȝ in his
legibus, ⁊ alia eſt ſignificatio illius participij inteſtatꝰ ⁊ ſimiliũ.
de quibus in l. j. de ſuis ⁊ legitim. ⁊ alia iſtoꝛum. Vel aliter. Li-
cet id qd ibi dicitur, ſi ex rigida ſignificatione verboꝛũ, tamen ð
cõmuni vſu aliud eſt, vt ibi, ⁊ l. libꝛoꝛũ. §. quod tamen Caſſius.
infra de leg. iij. l. Labeo. de ſuppel. leg. ⁊ l. cuȝ delamonis. §. aſi-
8 nã. de fun. inſtru. ¶ † Quid ſi teſtatoꝛ ſubſtituit aliquẽ p cõpe-
dioſe directo in certa poꝛtione, vel in certa re, an valeat iure di-
recto intra tẽpoꝛa pubertatis, ſcđm ea que dicta ſunt. Reſpõd.
ſi quidẽ ſubſtituit per verba directa, ⁊ ciuilia. vt heres eſto, vel
inſtituo, ⁊ tũc ſufficit ac ſi ſuper vniuerſo eſſet ſubſtitutus, l. co-
heredi. §. fi. j. eo. ſecundũ vnã lect. ⁊ arg. ſ. tit. j. l. §. ſi ex fundo. Si
vero ſubſtituit per verba directa non ciuilia, vt accipiat talem
rem, vel tale podere ſi talis ⁊ ſimilia ſi filius meus quandocunq;
deceſſerit ſine liberis: ⁊ iſto caſu non trahitur; ad directã ſubſti
tutionem, qꝛ in relictis ſingularibus nulla eſt differentia, vtrum
apponãtur verba ſint directa, ⁊ obliqua, l. omne verbũ. C. coia
de legat. ⁊ inſtit. de ſing. re. per fideicõ. reli. circa pꝛinci. niſi ad
ijciamur expꝛeſſe illa verba, talis ſit heres, qꝛ tũc ſecus d. §. ſi ex
fundo. Sed quid ſi iſta verba adijciatur certe poꝛtioni quote. di
cam in q. pꝛin. qua faciam de hac ſubſtitutione per verba com-
19 munia. ¶ † Sed quid ſi teſtatoꝛ compendioſe ſubſtituit per hec
x verba quãdoque ſine liberis deceſſerit, lego tibi bona mea, vide
tur ꝙ iſta verba ſint directa, ⁊ ſic intra tempoꝛa pubertatis tra
hantur ad directam pupillarem. Nam verbũ lego, trahitur ad in
ſtitutionem hered. vt l. verbis leg. de verb. ſign. ⁊ l. filiũ. §. ſi le
gata coniuncta. l. j. in pꝛinci. de leg. pꝛeſt. In cõtrarium videtur
l. mulie. §. fi. ad treb. ⁊ hoc puto verũ. Et per hoc apparebit re
ſponſio ad cõtraria, licet enim ex largiſſima ſignificatiõe verbũ
lego, trahatur ad inſtitutionem, tamen ſecundum comunẽ vſum
non trahitur, ⁊ ſpecies diſtincta ab actu heredis. d. l: verbi. cui
cõmuni vſui ſtare debemus, vt dictum eſt. Fateoꝛ tamen ꝙ ver-
y bum lego eſt verbum directum in dubio, l. Lu. infra. de leg. ij:
⁊ non dico ꝙ ſit directũ quo ad her. ſed directũ quo ad ipſum le
gatarium. Ideo dicas, quedam ſunt verba directa, que habẽt a
iure tacitam ſignificationem, vt trahantur ad inſtitutionem, vt
verbum inſtituo, ⁊ verbum, heres eſto. Quedam habẽt ſignifica
tionem ſeparatam a iure, vt verbum, lego. Quedã enim habent
ſpecialem ſignificationẽ, vt verbum accipiat, ⁊ verbũ moꝛiatur
20 ⁊ verbũ, ſi talis, vt ex pꝛedictis apparet. ¶ † Secunda queſtio
eſt, quando iſta, compendioſa ſubſtitutio fit per verba mere obli
qua ⁊ iſto caſu ſecundum omnes iſta ſubſtitutio eſt in omni tem
poꝛe fideicommiſſaria, ⁊ matrem non excludit, ⁊ non veniũt bo-
na pupilli, ⁊ falcidia non detrahitur, l. cohered. §. cum filie, infra
eod. Sunt autem verba obliqua, vt reſtitatio, d. §. cum filie. ſunt
⁊ alia. l. fundi Trebatia. de vſufructu legat. ⁊ infra dicã. † Sed
quid ſi teſtatoꝛ dixit, quandocunque filius ſi meus deceſſerit ſine
liberis. volo quod bona dentur, vel diſtribuantur inter paupe
res Chriſti per meos dfieicommiſſarios, an iſta ſubſtitutio ſit
aa fideicom. [aa] intra tempoꝛa pubertatis. Videtur omni tempoꝛe
ſit fideicõmiſſaria, cum verba dentur, ⁊ diſtribuantur, ſint mere
obliqua per dic. l. fundi. Contrarium eſt verum Nam in hi. ver
bis ſupꝛa pꝛiori. narratis ſubintelligitur tale verbum quando-
cunque ſine liberis deceſſerit, ſcilicet quod tunc fideicommiſſa-
rij accipiant de manu ſua, ⁊ dent, l. alio. in fine gloſſ. pꝛime, de a-
li. ⁊ cib. leg. ⁊ l. denique §. interdum. de pec. leg. ⁊ dicitur expꝛeſ
ſe in §. ſi qs autem p redemptione, in authen. de eccl. titu. Sed
bb iſtud [bb] verbũ ſubintellectũ, ſcilicet accipiat, ſi refertur ad vni-
uerſitatem bonoꝛũ, trahitur ad directã pupillarem, vt ſupꝛa pꝛo-
batur ⁊ pꝛobatur in dicto capitu. j. de teſta. ⁊ in l. his verbis. in
pꝛincip. ſ. tit. j. ergo. ⁊c. Pꝛo hoc videtur eſſe tex. in cap. cũ tibi
extra de teſta. vbi dicitur, quod quãdo non eſt alius heres, iſti fi
deicõmiſſarij habent loco heredum. Hoc aũt tenet Rofre. in ti-
tul. de action. ex teſtamento. verſi. itẽ quid erit. quod ſepe cõtin
git. ⁊ Spec. in §. nunc vero aliqua. verſicu. item pone ꝙ quis. de
inſtru. edi. ⁊ Innocen. in d. capit. cum tibi. Sicut ergo quando
teſtatoꝛ nullũ alium facit heredem, dicti fideicõmiſſarij habent
cc loco heredũ. [cc] ita quãdo teſtatoꝛ filio ſuo impuberi nullum a-
lium facit heredẽ, videtur facere heredes dictos fideicomiſſari-
dd os Sed dices tu Si mater [dd] eſt in medio, videtur quod iſta in-
terpꝛetatio nõ debeat admitti, quia ſicut tacita pupillaris non
admittitur cõtra matrẽ, l. pꝛecibus. ita neque admittitur cõtra
matrẽ illa tacita interpꝛetatio que eſt vt teſtatoꝛ videatur appo
ee ſuiſſe illa verba ſiue verbũ accipiat. Reſpondeo, [ee] contra ma-
trem nõ admittitur tacita pupillaris de qua teſtatoꝛ non cogi-
tauit, ſed ius pꝛeſumit ſi de hoc cogitaſſet tun non admittitur vt
22 tacita, que cõtinetur in vulgari, l. pꝛecibus. ſed tacita, † que ex p
ff ſumpta voluntate defuncti colligit [ff] ex aliquibus coniecturis,
vel verbis teſtatoꝛis, iſta bene excludit matrẽ, l. pꝛecibus. in gl.
ſuper verbo omnimodo, ⁊ in l. in teſtamẽto. in fine. C. de teſta. mi
23 li. ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo ⁊c. ¶ † Sed quid ſi teſtatoꝛ gg di
gg xerit ſi filius meꝰ deceſſerit ſine liberis tũc bona mea dent pau
peribus nec dixit p quos: Videtur ꝙ idem qꝛ epiſcopus eſt exe
cutoꝛ legitimus qꝛ habet eandem poteſtatem quam haberẽt fi-
deicõmiſſarij nominati, l. nulli. ⁊ l. ſi quis ad declinandã. C. ð epi
ſcop. ⁊ cleri. ⁊ ſic epiſcopus tenebit locũ heredum vt dictis legi
bus. Sed cõtrarium credo quod iſta ſubſtitutio ſit fideicommiſ
ſaria omni tempoꝛe qꝛ facta ſit per verba mere obliqua §. cum
filie. Nec obſtat. quod epiſcopus eſt legitimus executoꝛ ⁊ tenet
locum heredũ qꝛ epiſcopus tenet locum pauperum ⁊ ſi quidem
pauperes ſunt inſtituti tũc epiſcopus tenet locum hereduȝ dic.
l. ſi quis ad declinadã. Si vero pauperibus eſt legatum vel fidei
cõmiſſum relictum tunc locum heredum epiſcopus non tenet,
ſed poteſt intentare actionẽ pꝛo hoc legato nec poſſunt illa ver-
ba intelligi in perſona epiſcopi ꝙ accipiat manu pꝛopꝛia ex p-
ſumpta voluntate defuncti vt dixi ſ. in pꝛoxima queſtio quia illa
executio pertinet ad epiſcopum mere ex iuris diſpoſitione etiã
contra voluntatã defuncti ⁊ etiã ſi dixerit contrarium, dicto §. ſi
quis aũt de eccl. titu. ideo non tenet locum heredũ ſed ſolum a-
ctiones intentabit que cõpetunt ipſis pauperibus. ¶ Quid ſi
24 teſtatoꝛ † dixit volo quod bona mea vendãtur ⁊ pꝛetium eoꝛuȝ
detur pauperibus p fideicõmiſſarios meos an hec erit directa
intra tempoꝛa pubertatis: Videtur quod non nam teſtatoꝛ pꝛe
cipit duo vnum vt bona vendantur ⁊ in hoc non adiecit per queȝ
poſtea pꝛecipit quod pꝛetium inter pauperes per ſuos fideicõ-
miſſarios diſtribuantur. Cũ ergo pꝛimus actus debeat fieri p
heredem vel epiſcopum ex legis diſpoſitione videtur ꝙ ſint fi-
deicõmiſſarij quia de manu alterius pꝛetium fideicommiſſarij,
capiunt. Credo tamen contrariũ qꝛ illa verba vltimo poſita de
terminant verbum dentur ⁊ verbum vendantur l. mulieri ⁊ Ti
25 tio. de condition. ⁊ demonſtration. ¶ † Quid ſi teſtatoꝛ dixit vo
lo quod bona mea vendantur ⁊ pretium diſtribuatur inter pau
peres quoꝛum electio fiat per meos fideicommiſſarios an illa ſit
pupillaris intra tempus pubertatis quaſi illa verba per meos
fideicõmiſſarios ad omnia pꝛecedentia referantur; an vero ſolũ
electio pertineat ad fideicõmiſſarios ⁊ diſtributio ⁊ venditio re
maneat diſpoſitioni iuris cõmunis ſine diſtributione executo-
ris: Iſtud vltimum puto verum quia qualitas que adijcitur
determinato verbo p relatiuũ reſpicit ſolum ſuum antecedens,
l. a filio. in fine de li. legati. Modo cum verba dicant quoꝛũ ele
ctio pertineat ſeu fiat per meos fideicommiſſarios intelligitur
quoꝛũ ſcilicet pauperum. Unde ad id tantum refertur per me-
os fideicõmiſſarios. p hoc lege filium ⁊ quod ibi not. infra quan
do dies leg. ced. ⁊ ſecundũ hoc iſta erit fideicõmiſſaria. Ideȝ pu
to ſi diceret bona mea vendantur ⁊ pꝛetium diſtribuatur inter
pauperes eligendos p meos fideicõmiſſarios quia illa verba p
meos fideicõmiſſarios referuntur ad participium ſolum eligen
dos: ⁊ participium reſoluitur in verb. ⁊ relatiuũ vt eligendos
id eſt q eligentur vt ſupꝛa dixi. Pꝛedicta vera niſi ex alijs ver-
bis infra vel ſupꝛa in teſtamento poſitis appareat teſtatoꝛem
aliud ſenſiſſe. ¶ Quero qd ſi talis diſtributio non percipiat de
26 bonis omnibꝰ ſed de certa poꝛtione infra dicã. ¶ † Tertio que
ro quando ſubſtitutio cõpendioſa eſt facta per verbum commu
ne ⁊ per verbum ſubſtitutio quod eſt commune lege pꝛecibꝰ. an
intra tẽpoꝛa pubertatis valeat iure directo poſtea ad fideicom

miſſum trahatur, vel ſit omni tempore fideicomiſſaria: Reſpon-
deo, ſi quidem iſta ſubſtitutio eſt facta cum tẽporis diſtinctione,
vt q2 dicit, ſi deceſſerit intra pupillarem etatẽ, vel poſtea quan-
docunque, talem ſubſtituo ⁊c. tunc ſecundũ omnes intra tempo
ra pubertatis erit directa pupillaris, poſtea fideicõmiſſaria. hoc
tenet glo. in l. precib⁹. circa fi. ⁊ omnes indubitãter illud tenent.
Quandoque fit ſine temporis diſtinctione, ⁊ in hoc ſunt opin. q2
gloſſ. penul. in l. precibus. ⁊ h c tenet q̃d omni tempore ſit fidei.
bb cõmiſſaria[bb]. Idem Azo in ſumma. §. cõpendioſa. verſi. ſi au-
tẽ teſtatori. Idem Jac. de But. ⁊ glo. in capitu. Raynutius. extra
de teſta. ⁊ Joan. And. in glo. antiqua, in dicto capitu. ſi pater. de
teſt. libro. vj. Idem Ray. ⁊ martin. Sil. ⁊ quaſi maior pars Le-
giſtarum, ⁊ etiã Odof. Alia glo. Inſtit. eodem in fi. magne gloſſ.
tenet cõtrarium, quã tenet Jacob. de Aret. cum diſtinctione ta-
men, ⁊ Cyn. in l. precibus. ⁊ Joan. And. hodie in capit. j. de teſt.
libro vj. ¶ Arguamus circa hoc. Primo videam⁹ pro iſta par
ii te, ꝙ valeat iure directo[ii] intra tempora pubertatis, poſtea iure
fideicõmiſſi. Illud ꝙ regitur, ⁊ determinatur ſecundum curſum
temporis, variatur variato tempore, l. pretia rerum. §. nonnullã.
ad legem falcidam. et l. Titia Seio. §. vſuras. ĩ. de lega. ij. ⁊ C. de
vſufruc. l. penul. Ita in propoſito iſta ſubſtitutio que diuerſa
tempora reſpicit, cum reſpiciat tempora pupillaris etatis, valet
vt pupillaris, demũ vt fidei cõmiſſaria. ¶ Preterea pro hoc, le.
põponius. libro xxvij. in negotijs. de negotijs geſtis pro hoc lex
pater Seuerinã. §. conditionum. de conditionibus, ⁊ demõſtra
tio. ⁊ hic videtur tex. in l. precibus. C. eodem. Pro hoc videt̃ ho
die caſ⁹ expreſſus in ca. j. extra de teſta. libro vj. Pro alia opin.
ꝙ omni tempore ſit fideicommiſſaria probatur ſic. Iſta ſubſti-
tutio eſt vna pro omni tẽpore, ergo verbum ſubſtituo, ad plura
tempora relatum dꝫ illa determinare vniformiter, ſicut dicim⁹
in perſonis. l. quãuis. ⁊ l. hereditatem. C. eodem l. iam hoc iure
ſ. eodem. ⁊ eſt licita argumẽtatio de tempore ad perſonas l. vel
ſingulis. ⁊ l. ſeq. ĩ. eod. ergo, ⁊c. Sꝫ iſta non poteſt eſſe niſi omni
tempore ſit fideicõmiſſaria, ergo, ⁊c. Preterea, non debet eſſe di
uiſio volũtatis, l. eum qui in fine. de qui. vt indig. ſed ſi ab initio
eſſet directa ⁊ poſtea efficeretur fideicõmiſſaria, fieret volunta-
tis diuiſio, ergo, ⁊c ¶ Tertio facit pro hoc lege diem proferre.
§. inde queritur, ſupra de arbit. vbi diſpoſitio debet eſſe cõmuni
ter, ⁊ vniformiter. ¶ preterea vna ⁊ eadem res non debet diuer
ſo iure cenſeri l. eum qui edes. ff. de vſucapi. iſta ſunt argu. Dy.
Guiſie. ⁊ omnium. ⁊ hanc opi. ſequitur Ray. ¶ Tertia fuit opi
nio Jacobi de Aretio. qui videtur diſtinguere inter iſtas opi. vt
dicamus ſic. Quando iſta ſubſtitutio compendioſa fit ſine ali-
qua temporis diſtributione, vt ſi filius meus ſine liberis deceſſe
rit, talem ſubſtituo, ⁊ tunc poſſet eſſe vera opin. gloſſ. in l. precib⁹
⁊ eam ſequentium. Quãdoque apponitur in hac ſubſtitutiõe di
ſtributio in tempore, vt cum dicit, quandocunque deceſſerit talẽ
ſubſtituo. ⁊ iſto caſu dixit veram opin. aliarum gloſſ. Nam ſe-
cundum omnes eſt verum, quod quando fit diſtinctio tẽporum,
intra pupillarem etatẽ erit pupillaris. poſtea erit fideicõmiſſa
ria vt dictum eſt ſ. ſed per diſtributiuum quandocunqꝫ, fit diſtri
butio temporis, l. ſicut in annos. in principi. quibus modis
vſufruct. amit. ergo, ⁊c. Preterea illud operat̃ diſpoſitio vni-
uerſalis in vniuerſo, ꝙ particularis in ſingulari, lege ſi chorus
ĩ. de legatis tertio, ⁊ lege omnes. C. de preſcrip. xxx. vel xl. anno.
Et hoc vult tenere Cy. in l. precibus. ⁊ probat ſic. Sermo q di-
rigitur ad perſonã debet intelligi ſecundum cõditionem perſo-
ne, l. plenum. §. e[...]itij, de vſu ⁊ hab. ⁊ ſic per illa verba relata ad
filiũ, intra tempo[...] pubertatis, erit pupillaris, poſtea erit fidei
comiſſaria, ⁊ dicit l[...] conſuluiſſ. Et ita tolli videntur rationes
Dyn. ⁊ Guiſie. qui dicunt ꝙ vna ſubſtitutio non debet diuerſo
iure cenſeri, quia ſecundum predicta ſunt plures. Iſta opinio
non videtur mihi vera, q2 ſine diſtributione videtur quod intra
pupillarẽ etatem ſit directa, poſtea fidei cõmiſſaria, vt dicto ca-
pitulo ſi pater. extra de teſt. libro ſexto, quoniã ſecundum iura
noſtra diſtributio in tempore non inducit pluralitatem, niſi fiat
enumeratio tẽporum. lege ſi Stichum. §. ſtipulatio. de verbor̃
obligationibus, vbi dicitur, ſingulis annis. coniuncta lege pluri
bus eodem titulo, ⁊ q̃d in qualibet earum per Dynum dicitur.
¶ Item non videtur ꝙ poſſint dici plures diſpoſitiones ex plu
ralitate effectuum, q2 aut morietur intra pupillarem etatẽ, aut
poſtea, ⁊ ſic vnum erit ſicut in diſpoſitione alternatiua, lege cum
illud. qñ dies leg. cedit, quod nata. in lege ſi ex toto. §. j. infra de
legatis. j. ⁊ ita loquitur in tali actu, qui ſemel poſſit accidere.
¶ Non obſtat dicta l. ſicut in annos, q2 ibi ponitur diſtributi-
uum in tempore, in tali actu q poteſt pluries exiſtere. Unde opi
nio Jaco. de Are. mihi non placet. ¶ Quid dicemus: dubito:
tamen dico in queſtiõe noſtra, quod debemus primo aduertere
ſi ex talibus verbis per teſtatorem appoſitis poſſimus cõiectu
rare, quod voluit intra tempora pubertatis iure directo val[...]
26 quod cõtingit ſepe. ¶ †Quid enim ſi dicit teſtator, quod ſub[...]
tutus capiat ſua authoritate: Hoc videtur iure directo dic[...]
Titia. §. j. ſecundum primã lecturã infra de legatis ſecũdo. [...]
quid ſi in precedentibus verbum illud cõmune accepit p[...]
kk cto Certe ⁊ in ſequentibus accipiam pro direco, ⁊ l. ſi [...]
plurium §. fina. infra de legatis j. Item quid ſi teſtator dix[...]
ll re accipiat.[ll] quaſi dicat, accipiat de manu ſua. Non enim [...]
deuenire libere quando ſua authoritate nõ poteſt accipere[...]
poteſt per alium impediri, vt ĩ. de vi ⁊ vi. ar. l. vim faci. in [...]
cit quod dicam ĩ. de leg. ij. l. Meuius §. in fundo. in fi. Uel
27 ſi teſtator dixit, quãdocunque filius meus deceſſerit, [...]
mm tatem meã totã, ⁊ integram[mm] ad talem venire quia tunc [...]
non poteſt eſſe niſi ex vigore pupillaris directe, q2 alias [...]
beret legitimam ⁊ trebellianicam, ⁊ ideo erit directa, ar. l. in [...]
nn mento, in fi. C. de teſt. mili. Uel quid ſi dicit, omnia bona me[...]
volo peruenire ad talem, q2 eo ipſo quod dt omnia nihil. ex[...]
l. Julianus. in prin. ĩ. de leg. iij. Uel ſi dt, perueniat ſine [...]
oo diminutione[oo] tunc excluderet matrem, q2 eſt pupillaris [...]
ex voluntate pbata, l. precibus. ĩ glo. ſuper verbo oĩmodo [...]
Secus ſi dicat, peruenire volo omnia bona mea mobilia ⁊ [...]
pp bilia,[pp] ⁊ non dicat iure, ⁊ actione, q2 tunc videtur inſti[...]
28 in certis bonis. q2 †actiones non ſunt bona mobilia, vel im[...]
bilia, l. quam Tuberonis §. fi. ſ. de pecu. ⁊ Jaco. de Are. in [...]
uentium. de ver. ſigni. ⁊ Specu. in §. verſi ſecundo querit[...]
fruc. ⁊ intereſſe. ⁊ l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudi. [...]
doque aliquod illorum verborum non apponitur in teſtam[...]
ſed loquitur ſimpliciter teſtator. Illo caſu, cum voluntas [...]
qq tatoris eſt dubia, nec de eius voluntate apparet, dico ꝙ deb[...]
rr inſpicere ſi quidẽ mater eſt in medio, ⁊ tunc iterpretor p[...]
tanquã in benigniorẽ partem, ⁊ erit omni tpe fideicom[...]
vt diximus in l. qui duos. de rebus dub. ⁊ quod no. in [...]
dic. l. precibus. Et hoc caſu intelligo opinio. omnium [...]
hanc ſubſtitutionem eſſe fidei commiſſariã omni tẽpo[...]
29 quando mater eſt in medio. †Quod intelligo niſi ſint [...]
filij. teſtatoris predicti qui ex preſumpta voluntate [...]
trẽ excludũt, vt no. per gl. in l. precibus. C. eo. in vl. g[...]
in l. Lucius. ĩ. eo. vbi glo. dicit. Facit ꝙ doc. dicunt in [...]
titu. ⁊ ſubſti. Dices tu, hoc eſt contra l. precibus. vbi p[...]
recta poſtea fidecõmiſſaria. ⁊ eſt mater ĩ medio. Sol. ibi [...]
in teſtamẽto militis qui poteſt ſubſtituere directo omni[...]
bet priuilegium, ꝙ lex dicit eam obliquã ⁊ mater eſt in m[...]
ſi eſſet paganus tunc eſſet omni tempore fideicõmiſſari[...]
exiſtente in medio, vt ſ. contra, predicta videtur cap. [...]
lib. vj. vbi mater eſt in medio, ⁊ tñ valet iure directo intra [...]
pubertatis. Sol. verum eſt, ꝙ ibi fit iſta ſubſtitutio per [...]
directum. vt ibi no. in gl. parua ſup verbo filie. Sed iſta [...]
loquit̃ quãdo fit per verbum commune, ⁊ tunc poteſt interp[...]
ri ꝙ de manu qualterius accipiat. Sed quando fit p verb[...]
ctũ, ĩ quo eſt veriſimile q̃d a ſeipſo accipiat iſta iterpretatio [...]
dit. In omnibus tñ caſib⁹, in quibus tacita pupillaris ad[...]
matrem ex preſumpta voluntate defuncti, idem dicerem [...]
tis preſumptionibus predictis. Quod de matre dixi in [...]
tiã ſi eſſet in medio aliquarum illarum pſonarũ, contra [...]
non admitti tacitam pupillarem, vt dixi in materia tacite [...]
laris. Si vero neque mater, neque aliqua iſtarum perſona[...]
in medio, tunc ſaluo meliori cõſilio, vel iudicio, cui i hoc [...]
aſſentior, dico ꝙ ſi deceſſerit in pupillari etate, erit pupilla[...]
recta, poſtea autem fideicommiſſaria. Hoc probo prani[...]
30 feci. ſ. †q2 verbum, quod poteſt ſe habere ad plura temp[...]
dicatur in dubio eſſe prolatum ab initio, vt oſtẽdat futur[...]
tus, l. iij. in princip. ĩ. de adimen. leg. ⁊ l. hec conditio. ĩ. de [...]
⁊ demonſtrationi ⁊ l. ſed Julianus. §. proinde ſupra ad [...]
ni. ⁊ l. qui res. poſt princip. de ſolu. Aut ergo iſte filius [...]
in pupillari etate, ⁊ videtur hoc verbum prolatũ, ac ſi di[...]
ſtator ſi i pupillari etate deceſſerit. Si vero poſtea dece[...]
tur prolatũ in fideicõmiſſaria, ⁊ ſic videtur iſta ſubſtitut[...]
mis q2 lex que ſemper certa eſt de euento, lege cũ quidã [...]
de acquirenda hereditate facit iſtam ſubſtitutionẽ ab [...]
pillarem, ex poſt facto fideicommiſſariam, ⁊ ideo nõ va[...]
tẽpore, ſed eſt vniformis, ⁊ in vnum caſuꝫ poteſt omitti. [...]
patet reſponſio ad cõtraria. Dices tu, per hoc non reſp[...]
ad rationes dicte legis iam hoc iure, q2 verbum, ſubſtitu[...]
tum ad plures perſonas, intelligitur vt vniformiter illa[...]
at, ergo idem in tempore. Sed non eſt verum, q2 ſubſtitu[...]
uiloqua relata ad plures perſonas poteſt in diuerſis c[...]
mitti. Quid enim ſi vnus repudiaret hereditatem: Cer[...]
ſuccederet ex vulgari poſſet tamen ille idem decedere in[...]
pillarem etatẽ, ⁊ ſic eſt opus d pupillari tractare: Et ſic h[...]

uerſos eff. ctus in diuerſis tēpoꝛibus concurrentes, ſed hec eſt
ſemper vniformis, ⁊ habet eundē effectum, ergo. ⁊c. ¶ Item que
ro iuxta predicta, dixi ꝙ ſi hec ſubſtitutio fiat cū tēpoꝛis diſtin-
ctione intra pupillarem etatē, continet pupillarē ſubſtitutionem
abſque dubio. ¶ Sed quid † ſi dixi, ſubſtituo tali filio meo impu
beri, ſi deceſſerit ſine liberis vtrum per hoc verbū videatur im
puberi etatem limitaſſe, s, vt vlterius hec ſubſtitutio non exten-
datur. Joannes Andre. dicit ꝙ non. Nam illud verbum, impu-
beri, videtur adiectum cauſa demonſtrationis, vt d. c. ſi pater. ex
tra de teſtamentis. libꝛo ſexto, vt ipſe etiā no. ⁊ allegat dictū ca-
pitulum Raynutius. vbi dicit tex. Tu vero dicas ſic, tt Aut illō
verbum impuberi, adijcitur verbo diſpoſitiuo. vt filio meo im-
puberi, talem ſubſtituo ſi deceſſerit ſine liberis, ⁊ tunc eſt verum
hoc ꝙ dicit Jo. Andr. lege Mela. in pꝛinci. de alimen. ⁊ cibar.
legat. Si vero ponitur ⁊ reſpicit verbum executiuū, vt ſi filius
me' deceſſerit filio meo impuberi ſuccedat talis. vel bona mea
deueniant in talem, quia illud verbum deueniāt, ⁊ ſuccedāt ſunt
verba executiua, licet demonſtrationis cauſa ſint adiecta, ⁊ tunc
requiritur ꝙ ſit impubes, cum illi ſuccedatur, argumēt. ad hoc
in l. §. de auro ⁊ argento leg. in l. in delictis. §. ſi extraneus de no
xali. ⁊ l. Titius. de mili. teſtam. ⁊ ꝙ dixi in l. ex facto. in pꝛincip.
circa contrarium j. eodem. Fallit ſi ponatur aliquot verbū, pꝛo
pter ꝙ appareat teſtatoꝛē aliud ſenſiſſe, vt puta ſine liberis, qa
tunc videtur voluiſſe extendi ad ſubſtitutionē poſt tempoꝛa pu
bertatis. Et ita poteſt intelligi capit. Raynutius, qꝛ licet dece-
deret ſine liberis, non decederet impubes de neceſſitate, ⁊ tamē
poſtea intelligitur vt illud verbum, impuber ſit appoſitum cau
ſa demōſtrationis. ¶ Quero, † vtrum ſubſtitutio cōpendioſa vv
facta per verbum cōmune contineat vulgarem, ſcilicet ſi inſtitu
tus non erit heres. Reſpondeo, aut illa cōpendioſa continet pu
pillarem: ꝙ quando ſit, apparet ex pꝛedictis. ⁊ continetur vul-
garis, vt ſ. cod. l. iam hoc iure. in pꝛin. aut non continet pupilla
rem, vt puta, qꝛ facta filio maioꝛi, vel emancipato, vel alij, vt pa-
tet ex pꝛedictis, ⁊ tunc ſi illa compendioſa eſſet facta per verbū
mere obliquum, non contineretur vulgaris, imo illa ſubſtitutio
obliqua euaneſcit inſtituto nō adeunte, lege illo a quo. §. ſi de te
ſtamento, infra ad Trebellia. Sz ſi eſſet facta per verbum cōmu
Xx ne tunc continet xx vulgarem ſm Jacobū de Are. vt dicit Cyn.
in l. pꝛecibus. ⁊ Raynutius tenet hoc, ꝙ puto verum. Nam ver
boꝛum ſignificatio hoc impoꝛtat. Dicit enim ſi filius meus de-
ceſſerit ſine liberis, vel quādocūque, qꝛ intelligitur ſiue decedat
Yy in vita teſtantis, ſiue non, yy ſiue ante teſtamentum. ſiue poſt, l.
iij. in fine. de adi. leg. ⁊ l. hec conditio. §. fina. de conditioni. ⁊ de-
monſtra. Sed dictis caſibus ſine dubio dicta ſubſtitutio nō po
teſt verificari, niſi per vulgarem. ¶ Contra hoc videtur, l. here-
des mei. §. cum ita. ad Trebellia. vbi facta per verbum cōmune
perueniat, ſemper videtur fideicōmiſſaria. Sol. illud poſt aditā
hereditatem eſt verum. ¶ Secundo op. ad pꝛedicta, ⁊ videtur
quod hec ſubſtitutio cōpendioſa non contineat niſi vulgarē tan
tum, ⁊ nullo modo trahitur ad fideicommiſſariam, lege iam hoc
iure. in pꝛin. ſupꝛa eodem. Nam ibi dicitur ꝙ bꝛeuiloqua faciat
per verbum ſubſtituo. cōtinet tantūmodo vulgarem, ergo idem
in compendioſa. Sol. intelligas ſic, ſi quidem ſubſtitutio com-
pendioſa eſt facta per adiectionem tempoꝛis impoꝛtati per di-
ſtributiuum, quandocunque, tunc ſine dubio cōtinet fideicōmiſ
ſariam poſt aditam hereditatem, ⁊ pupillarem quandocunque,
vt. ſ. dixi. Idem ſi nō eſt appoſita dictio, quandocunque, ſ alia
dictio, que de natura ſui tēpoꝛis tractū ſignificat, vt ſi deceſſerit
ſine liberis, licet non dicat, quādocunque, quia tunc requirit tra
ctus tēpoꝛis, vt appareat vtrum decedat ſine liberis, tunc cōti
net fideicōmiſſariam, d. l. heredes mei. ⁊ dicto capit. j. de teſt. li-
33 bꝛo ſexto. facit l. pꝛecib9. Sed ſi dixerit teſtatoꝛ filio meo 33 talē
ſubſtituo, nullo adiecto, ꝙ requirat tractum tempoꝛis, tunc illa
Aa ſubſtitutio non eſſet compendioſa, ſed vulgaris tantū aa vel pu-
pillaris, ſi eſſet facta filio impuberi, l. Gallus. §. j. bz vnam caſus
poſitionem. de liberis ⁊ poſthu. appꝛobatur in lege iam hoc iu
re. §. pꝛimo, ſupꝛa eodem. ¶ † Quero vlterius, quid ſi ſubſtitu-
Bb tio compendioſa fuit in re certa per verbū cōmune bb facta, vt
puta, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, ei ſubſtituo Titium
34 in tali fundo, vel talis fundus perueniat ad talē. † Dico ꝙ ver-
bū commune adiectum certe rei vel quantitati, nunquam trahi
tur ad inſtitutionē lege cog. §. ⁊ generaliter. infra Trebellia-
num. hoc tenet dominus Dynus ibi, per aliud quoque capitu-
lum. coniuncto §. ceterū. in authentica, vt cum de appellatio. co
35 gnoſ. † Et hoc nota ad queſtionem, cc ſi teſtatoꝛ inſtituit filiā in
Cc certa quātitate, ⁊ ſi decedat ſine liberis in pupillari etate, vel po
ſtea quandocunque, volo ꝙ dicta quantitas veniat ad talem qꝛ
tunc non continet pupillarem, quia eſt facta in certa quantitate
per verbum commune. Idemque dicerem ſi iſtud verbum eſt
directum, quia non eſt ciuile directum, ⁊ ideo non trahitur ad in
36 ſtitutionē, vt ſupꝛa dixi. ¶ † Quero vlterius, quid ſi hec ſubſti-
tutio per verbum commune fiat in certa poꝛtione, ſub nomine
quote, an trahatur ad directam: Reſpondeo, ſi quidem totam
hereditatem diuiſit per quotas in plures perſonas, tunc eſt per
inde, an ſi vnum tantum in totum ſubſtituiſſet. Nam aſſignatio
poꝛtionum, licet non apponatur heres eſto. vim habet inſtitutio
nis, lege pꝛima. §. diuus autem Pius. ſupꝛa titulo pꝛimo. Sin
autem vnam tantum poꝛtionem alteri aſſignaſſet, ⁊ alijs nullam
ſubſtitutionem feciſſet, tunc ad inſtitutionem non trahitur. Hoc
pꝛobatur per legem, cum autem, infra de legatis ſecundo. Hoc
etiam pꝛobatur per rationem, verbum commune trahitur ad in
ſtitutionē, quando nullus alius eſt vniuerſalis heres in teſtamē
to, lege his verbis i pꝛincipio. ⁊ ibi notatur. ſupꝛa titulo pꝛimo,
ſed hic alius heres eſt, ſcilicet inſtitutus, ⁊ heres eius poſt moꝛ
tem ſuam, ergo, ⁊c. Hunc autem ſubſtitutū non videtur teſtatoꝛ
voluiſſe eſſe heredem per illud verbū commune, ideo qꝛ ſibi to-
tum non aſſignauit, argumento dicte legis cui autem. ⁊ ibi dicā.
37 ¶ † Quero vlterius, quid ſi teſtatoꝛ dd dixit, ſi filius meus deceſ
Dd ſerit ſine liberis, vel eius filij ſine filijs, bona mea deueniāt ad
talē, an hec ſubſtitutio valeat in filijs filioꝛū. Iſta queſtio fuit de
Ee facto ee. Richardus dixit ꝙ non, quia teſtatoꝛ nihil eis relique
rat, ſed ab inteſtato, non ex teſtamento ſucceſſerunt patri, ꝙ nota
tū eſt ſupꝛa titulo pꝛimo. l. Lucius. ergo eos grauare nō potuit
pater, lege ſed ⁊ ſi ſic. §. pꝛimo. ⁊ vbi vobis tetigi infra d legatis
tertio. Jacobus de bel. cōtrarium dicit. Vos autem dicatis ſic,
Aut fideicōmiſſum relinquitur ab ipſo filio pꝛimo inſtituto, lz
ſub duplici cōditione alternatiua, vt puta ſi deceſſerit ſine libe-
ris, vel eoꝛū filij ſine liberis, ⁊ tunc valet, qꝛ ille grauatur, qui ho-
noꝛatur, licet in perſona heredis iſtius pꝛimi filij exiſtat iſta cō-
ditio, lege coheredi. §. cum filie, infra eodem titulo. ⁊ infra de cō-
ditionibus ⁊ demonſtration. lege legatum ſub cōditione. Si ve
ro relinquitur nominatim ab ipſis filijs filioꝛum non honoꝛatis
tunc non valeret relictum per dictā legem, ſed ⁊ ſi ſic. §. pꝛimo, ⁊
Ff hoc tenebant Rychardus ⁊ Raynutius. Cogitaui ff quod poſſu-
mus ſuſtinere, quod etiam hoc caſu valeret fideicōmiſſum. Reſ
pond. ad legem ſed ⁊ ſi ſic, ⁊ nego quod ibi filij filioꝛū non habe-
ant ex diſpoſitione teſtatoꝛis pꝛimi. Nā ex quo iſtos filios filio
rum grauauerit, videtur eis reliquiſſe, legē denique. §. interdū.
de pecu. lega. ꝙ not. in l. a filio. in fine j. gl. infra de a, limē. ⁊ ciba.
leg. Pꝛo hoc induco text. optime facientem. infra de oper. lib.
l. ſi ita ſtipulatio. in pꝛincipio. Non obſtat l. Lucius, pꝛaelleg. ⁊
quod ibi not. quia illud verum, quando ipſis filijs filioꝛum nullū
grauamen impoſitum eſt, alias ſecus vt dixi ſupꝛa. Modo du-
Gg bitatur gg cui illud onus ſit adiectum, vel filio inſtituto pꝛimo
vel. eius filijs: Reſpondeo tenendo pꝛimam opinionem, ꝙ fi-
deicommiſſum ab eis relictum in dubio non valeret, quia in du
bio debemus dicere ab eo relictum a quo valeret. vt res potius
valeat quā pereat, vt l. quoties. de rebus dubijs. pꝛobatur in l. ſi
ſeruus legatus. §. qui Margaritam. infra de lega. pꝛimo. ⁊ l. fi.
C. ad Trebellian. Sed tenendo ſecūdam opinionem quā pꝛimo
tenui ſupꝛa ꝙ vtriſque poſſet relinqui dic vt colligitur ex his q̄
38 dixi in l. qui duos. infra eodē. ex his que ibi not. per glo. ¶ † Vl
Hh terius hh quero, ſupꝛa expediui quando relictum eſt per ver-
bum mere directū, vel cōmune, vel mere obliquum, ſed quid ſi
Ii apponuntur duo ex his verbis ii: Dic, quādoque quis appoſuit
illa in perſona vnius, quia dixit ſi filius meus deceſſerit ſine li-
beris, talem ſibi ſubſtituo, ⁊ eum ſibi heredē facio, vel bona mea
ad talem perueniant ⁊ in his eum heredem inſtituo, ⁊ ſimilia ⁊ i
ſto caſu perinde iudicabo ac ſi tota inſtitutio eſſet facta per ver
ba mere directa, quia iſtud verbum cōmune ⁊ ambiguū declara
tur ratione adiuncti, argumen. l. ſi ſeruus pluriū. in fin. infra d le
gatis j. ⁊ l. nec adiecit cum l. ſequen. ſ. pꝛo ſo. vel melius verbū
directum ſtabit in ſua ſignificatione, verbū cōmune trahitur ad
fideicōmiſſum, vt ſic aliquid operetur adiectio dictoꝛum verbo
rū: ⁊ tunc erit in electione ſubſtituti, vel capere ex directa vel ex
fideicōmiſſaria, l. ſi quis ſeruo. j. de manumi. teſtamē. ⁊ l. recuſa
re. §. Titius. ad Trebellianum. Idem ſi teſtatoꝛ dixit poſt factā
ſubſtitutionem, volens dictam ſubſtitutionem valere vulgariter
⁊ pupillariter, ⁊ per fideicōmiſſum, quia tunc eſſet electio ſubſti
tuti, vt dictum eſt. Idem in queſtione quā vidi, dicit teſtatoꝛ ſi
filius meus deceſſerit ſine liberis. Titium inſtituo, ⁊ ſubſtituo.
Nam cum verbum inſtituo, ſit directum, vt ſupꝛa eodē l. pꝛima
in pꝛincipio, ⁊ l. ſi pater filio. ⁊ l. j. in pꝛincip. ſ. tit. j. valet vtroqꝫ
iure. Ad hoc facit l. penulti. de vētre inſpiciendo. Idem putarē
ſi teſtatoꝛ vtitur duplici verbo vt per verbū commune, ⁊ aliud
obliquū, vt dicendo ſic, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, volo

bona mea deuenire ad titium iure ſubſtitutionis ⁊ fideicōmiſſi,
q2 ſubſtitutio eſt verbū commune, ⁊ fideicommiſſum obliquum,
ꝙ debet intelligi vt ſit vtrunq3, ⁊ ſicut electio ſubſtituti, vt pro-
bat tex. in l. recuſare. §. titi⁹. ad trebelli. ⁊ dic. l. ſi qs ſeruo. p2eal.
39 ¶ † Quero iuxta predicta, kk quid ſi verbū directū in ſubſtitu-
kk tione appoſitū poteſt ſe habere per modum diſpoſitionis, ⁊ de-
monſtrationis, vt cū dixit teſtator, ſi talis filius meus deceſſerit
ſine filijs, tūc ei ſubſtituo Titiū, infra ſcriptum meum heredem,
quem poſtea, infra heredē ſcripſit. Nam illa verba meū heredē,
poſſunt intelligi eodē ⁊ vtroque modo quo dixi, ſupra. Quid in
dubio: Dico ꝙ in dubio debet intelligi demōſtratiue. ff. §. titia
40 de lib. le. ¶ † Quero vlterius. quid ſi in perſonis diuerſorū ap-
ponat predicta verba diuerſa. Iſta eſt terribilis qſtio. Ad hoc
preſupponatis vnā regulam primo ꝙ verbum commune adie-
ctū certe portioni non trahitur ad inſtitutionem, vbi eſſet alius
vniuerſalis heres in teſtamēto, alias ſecus, vt no. in l. his verbis
in prin. ſ. tit. j. ⁊ in autht. de here. ⁊ falcid. §. ſi vero nulla: in gl.
ſuper verbo relictis. Hoc premiſſo, quando que teſtator vnū ſub-
ſtituit directo per verba directa, ⁊ ciuilia ſimpliciter, aliū p ver-
ba cōmunia in certa portione, tunc ſubſtitutus ſimpliciter erit
ſubſtitutus directo, ſubſtitutus per verba cōmunia erit ōnerat⁹
fideicōmiſſo, per rationem predictam, q2 non pōt trahi ad ſubſti-
tutionem, cū alius ſit inſtitutus vniuerſaliter. Quandoque vnū
inſtituit directo in certa portione, alium per verba cōmunia in
reſidua portione, ⁊ tunc fateor ꝙ poteſt trahi ad directam illa fa-
cta per verbum cōmune, q2 in ea portione in qua aditur, nullus
alius reperit heres inſtitutus, ergo, ⁊c. Et per ea que dixi. quan-
doq3 teſtator vnū ſubſtituit in certa portione per verba directa
⁊ ciuilia, quia verba directa, non tamen ciuilia, quantū eſt in pro-
poſito, modicum differunt a communibus. Aliū vero ſubſtituit
per verba mere obliqua in alia portione, tūc ſubſtitutus per di-
rectum capit iure directo tantū, l. cohered. §. fin. j. eo. Alius erit
fideicōmiſſarius in portione ſpartis ei relicte. ¶ Quādoq3 † vnū
41 ſubſtituit in certa portione per verbum commune, alium per
ll verbum mere obliquum, ⁊ tunc puto ꝙ tota iſta ſubſtitutio de-
beat cenſeri fideicōmiſſaria, q2 gl. noſtri, ⁊ omnes qui dicunt ꝙ
verbū commune trahitur ad directum, dicunt verum, quādo ad-
ditur vniuerſitati bonorū, ⁊ aliū nō eſt heres; dic. l. his verbis.
ſupra de here. inſti. nō autem additur omnibus. Sicut ergo illa
portio eſt relicta per fideicōmiſſum expreſſe, ita iſtud verbū du-
bium, ⁊ obſcurū interpretatur fideicōmiſſum, dic. l. ſi ſeruus. in
fine. ⁊ q2 cōſtat teſtatorem voluiſſe eius primi heredis remane-
re, eo ꝙ poſt mortē ſuam reliquit fideicōmiſſum, nec reliquit ab
eo qui erat ſubſtitutus in certa portione per verbum cōmune.
Quādoq3 apponuntur in perſona diuerſorum verba cōmunia,
quos ſubſtituit in certis portionibus diuidendo hereditatē īter
eos. tunc ſine dubio trahitur ad inſtitutionē, q2 diuiſio heredita-
tis per partes, l3 non adijciatur, heres eſto, ad inſtitutionem tra-
42 hitur, l. j. §. diuus. ſ. ti. j. ¶ † Quero quid ſi inſtitutione teſtator
reliquit certa legata ſingularia, demū dixit reſiduum bonorum
meorum volo ad talē peruenire. Reſpō. propter illa legata ſub-
ſtitutio vniuerſaliter facta per verbum reſiduum, ⁊c. non altera-
tur, ſ3 remanet in ſuis virib⁹ ac ſi eſſet heres inſtitutus. l. ij. C. de
here. inſti. ¶ Vltimo eſt videndū. dixi ſ. ꝙ quedā ſunt verba di-
recta quedam obliqua, ⁊ quedam communia. Videre habemus
de his ⁊ quibuſdam alijs, de quorū natura dubitatur. Et primo
mm videamus regulas mm. Dico † ꝙ verbū directū eſt illud, ꝙ de
43 ſui natura hoc importat vt ille, cui relinquitur, de ſua manu acci-
piat. nec in alterius factū trahitur, vt probatur in l. eam quā in
gl. ſuper verbo directis. C. de fideicō. ⁊ in l. omne verbū. C. com-
nn munia de leg. Hoc eſt ꝙ dico, ꝙ verbum heres nn eſto, oo eſt ver-
oo bum directū, vt dicit gl. in l. precibus. ⁊ ſ. tit. f. l. j. ⁊ per totum
hunc ti. b2 ipſe teſtator facit, non diſponit, vt alius faciat in totū
44 ꝙ ſi diſponat vt alius faciat, vt volo ꝙ tale heredem recipias,
tunc erit fideicōmiſſum, l. pater filiū. §. fi. j. de le. iij. ⁊ l. Lucius. §.
fi. e. ti. Item ſi dicat, rogo vt Titiū heredē facias, q2 eſſet fideicō-
miſſaria, l. ex facto. in pn. j. ad Tre. ⁊ l. filiuſfamilias. §. vt qs he-
redē. j. de le. j. verūtamen inter verba directa quedā ſunt verba
directa ⁊ ciuilia, quedam non ciuilia, ſed directa ⁊ cōmunia iuris
45 gētiū vt ſ. dixi ⁊ hoc ð directis. Quedā ſunt † verba obliqua, pp
pp ⁊ iſta ſunt illa, q̄ ſonat vt quis capiat de manu alterius, ⁊ ſic fa-
ctum alterius quā teſtantis ſequitur, vt probatur in verbo, re-
ſtituuntur, l. cohered. §. cū filie. j. e. ⁊ quaſi p totū ti. ad Tre. huc
probat in verbo dari, l. fundi Trebatiam. iūcta ibi gl. j. de vſo-
fruc. leg. Item in verbo, reddatur. l. cum quidā vxori. j. de leg. ij.
46 ⁊ l. verbū reddendi. de verb. ſig. Quedā ſunt verba † cōmunia, qq
qq vt ea que poſſunt habere vtramque ſignificationē, vel ꝙ quis ð
manu ſua accipiat, vel de manu alterius, vt ponit exemplū gloſſ.
47 Sed quare † verbum ſubſtituo, rr non eſt verbum directū ſicut
rr inſtituto: Dic, q2 eſt verbū magis generale, q2 quocunq3 mo-
quis in alterius loco ponatur dicitur ſubſtitut⁹ adeo ꝙ i le...
ſingulari. l. Titius ⁊ Seius, vter. cū duabus legib⁹ ſeq. ſ. ti...
C. de cadu. tollen. §. in primo. ⁊ §. p ſecūdo. ſ3 non eſt ita in ...
ſſ bo īſtituto. ¶ Modo his regulis premiſſis ss dubitat ð q...
tt dam alijs. Et primo ð verbo tt perueniat, vv an ſit † direct...
vv commune, vel obliquum. Et ꝙ ſit obliquum, videtur caſus ...
48 fideicōmiſſa. §. hec verba. īfra ð legatis iij. ⁊ l. cū heredes ...
§. cū ita. ad treb. ⁊ l. heredibus. §. fi. eo. tit ¶ In contrariū ...
directū. habes i l. iij. §. perueniſſe. de here. vel act. vē. ⁊ l. her...
mei, in pn. ad Treb. ⁊ omnes leges q̄ loquunt de ſubſtitu...
facta p verba, quicquid ad eum peruenerit, l. cū virū. C. de ...
cōmiſſ. ⁊ l. baliſta. cū l. ſeq. j. ad treb. ⁊ hoc videt tenere ...
xx i cap. Raynal. ſu p verbo, deueniret. extra ð teſta. Ego dic...
qð ſit cōmune. ¶ Primo ex predictis apparet, q2 in obli...
⁊ in directo reperitur, ergo eſt cōmune. Hoc etiā apparet ...
gula precedēti, q2 a ſiue ð manu alterius, ſiue de manu mea ...
46 cto habeat, dicit peruenire directo. Secūdo † dubitatur de ...
bo ptineat, ⁊ videtur ꝙ ſit obliquū; dic. l. fideicōmiſſa. §. ſi ...
infra de leg. iij. ⁊ l. j. de pac. int emp. ⁊ vēdi. vbi exponitur ...
neret. id eſt inſtitueret. ⁊ i l. Luci⁹. ij. ij. filiam. j. ð le. ij. ⁊ ...
in contrariū ꝙ ſit directa, ⁊ trahatur ad inſtitutionē here...
licet. C. de pact. ¶ Ex predictis dico ꝙ eſt verbū cōmune ...
bū illud, pertinere. ð verbo. ſignifi. ¶ Nec obſt. §. filiā ...
pretat. fideicōmiſſum in dubio, quia illud in relicto ſingu...
vbi verba cōmunia nunquam ad inſtitutionem trahuntur ...
etiā verba ciuilia directa, l. omne verbū. C. cōmunia de le...
50 xis. ¶ † Tertio dubitatur ð verbo habeat, yy qð videtur ...
yy ctum, q2 habere eſt ius dominij, vel. poſſeſſionis, nō aute...
citur habere q habet p actionem, l. ſtipulatio iſta. §. habe...
verbor. obliga. ⁊ l. habere. de verb. ſignig. ſ3 i fideicōmiſſo ...
bet petere ab alio, ergo, ⁊c. ⁊ hoc videtur ſentire Azo i ...
hered. inſtitu. poſt pn ¶ In contrariū quod ſit obliqu...
fideicōmiſſa. §. ſi filio. j. de leg. iij. Ex predictis ſatis p...
cere ꝙ ſit cōmune. Pro hoc facit regula precedens ...
51 ſiue ab alio habeā, habere dicor. ¶ † Quarto dubit...
remaneat, vtrū ſi commune. Et videtur ꝙ ſic, q2 int...
beat, ⁊ ſi nō habeat, reſtituat, l. ſi cū ante. C. ð do. ant...
pretor. in princip. ⁊ qð ibi no. ſup verb. remaneat. j. d...
zz de. ſ. i ver. redeat. vt puto, l3 alibi videatur accipi p...
52 ſi duob⁹. j. de mili. teſta. ¶ † Quinto dubitatur de ver...
zz ⁊ videtur ꝙ ſit verbū directū, vt in ru. ⁊ l. j. ⁊. C. comm...
ſuc. ⁊ pluribus alijs legib⁹. ⁊ l. ſi abducta. C. de furt. ...
AA nam. C. de fideic. ⁊ l. quanquā. ad l. fal. cū ſi. Contrariu...
do ꝙ ſit verbū cōmune, l. non tantum. in principi. j. de ...
lib. ⁊ l. reſtituta. §. fi. cum l. ſequen, j. ad Trebel. vbi dic...
Trebellianica eſt ſucceſſio. Pro hoc videt caſus i cap. ...
BB tius. ex de teſtā. ¶ Sexto dubitatur bb de ver. † rep...
53 quod videt obliquum, l. iij. de pac. inter em. ⁊ ven. Sed ...
ſit idem ꝙ ſ. dixi i ver. pertineat. Et p hoc eſt gloſ. not. ...
l. j. in fi. glo. magne. facit l. Lucius. §. tres heredes. ad T...
54 ¶ † Septimo dubitat cc de ver. deuoluat, dd ⁊ videtur ...
CC directū. l. de emācipatis. C. de leg. here. ⁊ l. Luci⁹. ij. ...
DD fra eodē. ⁊ C. de iur. delibe. l. ſi infāti. ſup ver. deuol...
xi quod eſt cōmune, l. ij. ⁊ quod ibi not. de ali. ⁊ cib. le. ...
55 dixi. ¶ † Octauo q̄ro qd de verb. accreſcat. ⁊ videtur ...
obliquū, l. codicilis. de vſufru. le. In contrarium quod ...
ctū. C. quando non pet. part. in rubro, ⁊ nigro. ⁊ §. his ...
cad. tol. ⁊ eſt verbū aptum ad cōprehendēdum bona ...
ris. l. q patri. in princip. de acquirend. heredit. ⁊ hoc p...
non cū aptat vt quis capiat de manu alterius. Non ob...
dicillis, q2 ibi in condicillis, vbi ſi eſſent verba directa ...
55 ad fideicōmiſſum, l. Sceuol. ad Trebellia. ¶ Nono q...
EE ver. moritur ee tex. ⁊ gl. eſt in capi. ſi pater. de teſtame...
vj. ꝙ verbū directū, quaſi dicat ibi, moriatur talis, id eſt ...
FF ad talē perueniat. Puto ff tamen ꝙ verbū hoc ⁊ precede...
tera verba ſimilia niſi illa duo, ſcilicet heres eſto, ⁊ inſti...
ſunt ciuilia, ſ3 magis cōmunia iure gentium. ¶ Vlti...
GG mus gg videre qualit hec ſubſtitutio finiatur, ¶ E...
bis ꝙ quādoq3 iſta ſubſtitutio continet vulgarem. ...
pupillarē, quandoq3 alias, dic vt ſ. dixi de materia pu...
pillaris, ⁊ aliarū ſubſtitutionum. De ſubſtitutione de...
tur lex Sceuola. ad Trebel. dicemus ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Centurio. Adde in quantū Alex. hic ponit an milites ...
ni temporis gaudeant priuilegio militū antiquorū. q ...
cccxxvij. iij. lib tenet ꝙ poſſint donare concubinis ⁊ ...
nō gaudeant priuilegio S3 Ro. cōſi. dvj, tenuit q gaud...

cum imperatoris. Adde Paul. de caſtro cõſi. ccxcvij. vbi de duce Mediolani, quem dicit tenere locũ imperatoris in dominio ſuo. ⁊ Joan. de Ana. conſi. lxxxj.

POMA. ¶ De materia hui⁹ legis vide Are. conſi. xlv. ꝑ totũ.

P.PAV.P. ¶ Circa materiã ſubſtitutionis cõpendioſe, vide multa per Bal. in trac. ſubſtit. in vj. parte, ⁊ que habes ad Barto. in l. precibus. C. de impu. Item ꝙ fideicommiſſum non dicatur ꝓprie ſubſtitutio. Uide Jaſo. in rub. inſtit. de ſubſtit.

¶ Pleniſſime. Pro cõcordia aduerte ꝙ mortis teſtatoris tẽpore fructus percepti, ſunt reſtituẽdi fideicõmiſſario per grauatũ reſtituere, ⁊c. Jta Bar. in l. in fideicõmiſſariam in fin. prin. ff. ad Tre. ⁊ firmatur iſta opi. doc. ſm intellectũ Ang. ⁊ ſequacium in l. ita tamen in prin. eo. titu. contrarius allegatur ſm Ang. ⁊ ambos Jmo. in hac l. centurio. ver opp. ad ſecundã partẽ. Soluũt ipſi vno ore, ꝙ Bar. eſt vitio ſcribentis corruptus, ſed non placet ſol. per l. iubemus. C. ad Trebel. quam alle. ideo aliter ſolue ꝙ ſecunda opi. loquitur, quando grauatus reſtituere erat de filijs in poteſtate, quo caſu fructus non ſunt reſtituẽdi, vt in illo caſu ſing. dic l. iubemus. Et eſt ratio quia filius in poteſtate inſtitutus incontinenti efficitur heres ſine immiſtione. l. in ſuis, cum ibi no. ff. de li. ⁊ poſthum. ideo iſti fructus nunquam fuerunt effecti hereditatis, cũ inter mortem, ⁊ exiſtentiã filij nõ ſit dare medium. §. ſui autem. Jnſtit. de hered. que ab inteſta. qupd ſic non eſt in extraneo herede.

¶ Ego dixi. Jſta eſt cõmunis opinio, vt dixit Alex. conſi. cxlvij. alias, xlvij. in fin. in ij. volu.

¶ Ex hoc ſequit. Si ſubſtitutus pro iure accreſcẽdi capiat vniuerſum. Uide Ludo. Rom. in conſi. lvj. alle. Bar. hic pro iſtis dictis hic per Bar. vide Abb. in conſi. cxxvij. ⁊ vide Bar. in conſi. ccxlj. incip. pater filio, vbi diſputat de gl. in §. qua ratione. Jnſti. de vul. vide ibi de verbo ſuccedat, ⁊ de verbo deueniat.

POMA. ¶ Tempore mortis. Adde ꝙ Angel. dicit, ꝙ putat lecturã Bar. corruptã, q2 illi fructus non veniũt, vt fructus, ſed vt reliquum patrimoniũ, ⁊ filio poſſunt dari in ſupplementũ legitime, de quo vltra Alex. vide Pa. de ca. conſil. cclvj. Et ꝙ filio legitima in fructibus aſſignari non poſſit, conſuluit Pe. de Anchar. conſi. cxxvij. ⁊ Ro. conſi. ccccxxxvij. ſic nec filius patri, vel matri, vt voluit Bal. conſi. clxxj. iiij. lib. inquantũ Ale. hic ponit ꝙ ius patronatus tranſit ad heredẽ extraneũ. vide ſ ed. conſil. cxj. ⁊ melius per domin. Card. conſi. cxxij. Roma. cõſi. ccclxviij. ⁊ inquantũ dicit ꝙ iura ſepulchrorum trãſeũt ad heredes extraneos. dic ꝙ contrarium tenet Jo. de Anan. conſil. lxxvj. Petr. de Ancha. conſi. cxij.

¶ Ueritas. An ſubſtitutio cõpendioſa ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe vel adiecto, vide Soc. in rub. ſ. eo. ti. in vlt. col. ⁊ quib⁹ verbis facta comprehendatur vide eundem conſi. lxxvij. inci. in preſenti. col. j. ⁊ in cõſi. cxliij. incip. diligenter in prin.

¶ Ex forma ſtatuti. Adde ꝙ cum Bar. concor. Anto. de Butri. in cap. Raynutius. Bal. in repe. c. ſi. pater.

POMA. ¶ De effectu. Uide Pau. de Caſt. poſt Bar. l. precibus. C. eo. titu.

P.PAV.P. ¶ Uide Com. conſi. cxxj. inci. Gerardus. per totum

¶ Primo quero. Uide Lancel. l. precibus vbi multis modis limitat. C. eo. ti. Et iſta opinio. j. gl. eſt cõmunis, ſecundum Alex. hic, ⁊ Jmo. in dict. cap. Raynutius.

¶ Ualet. Adde ꝙ hanc tenet Old. conſi. cxxv. de quo vide Pa. de caſtr. conſi. cxxiij.

¶ Joan. an. Adde ꝙ Pe. de anc. cõſi. xxvj. ſecut⁹ quedã Hug. guarumbert. tenet, ꝙ ſubſtitutio cõpendioſa facta ꝑ verba directa, mere ciuilia obliquet poſt pubertatẽ, maxime ſi ſit clauſula, ſi ſine liberis, vbi autẽ eſt clauſula codicillaris, illa tollit oẽs dubitationes, vt ibi idẽ ipſe concludit. ⁊ vide Cal. conſi. ix. de teſt.

POMA. ¶ Nam mihi. Adde ꝙ iſta diſtinctio reprobatur per Are: conſi. clv. inci. periculoſum eſt. ⁊ vide Abb. ca. Raynutius extra de teſta.

P.PAV.P. ¶ Accipiendo. Jſtud limita niſi in teſtamẽto eſſet appoſita clauſula codicillaris, que cõmuniter ſolet app. Jta Bal. in l. verbis ciuilibus ſ. eo. tit. ſequitur Com. conſi. ij. ad fi.

P.PAV.P. ¶ Accipiat. De iſto verbo vide Com. conſi. cxxx. vbi declarat Bar. in iſto verbo eſſe contrarium, vt ſ. in ij. queſtion. in princip.

POMA. ¶ Simile habes. Uide Are. l. iij. §. ex pluribus in j. co. ff. de acqui. poſſeſſ.

P.PAV.P. ¶ Primo moriturum. Jn hoc Bar. reprehẽdit hic per Ja. ⁊ Alex. conſi. xvij. in fi. ⁊ contrarium tenuit ipſemet in l. quidam. §. ſuum. ff. de acquir. heredi.

¶ Quid ſi teſtator. Adde ꝙ cõmunis videt opi. Dy. Ray. Bar. Bal. ⁊ Ange. ⁊ Moder. ꝙ illa verba nihil operentur, de q̊ per Pau. de ca. cõſi. ccxlvj. per Bar. cõſi. xxij. inci. homo accurſuli. per Bal. conſi. cc. in fi. vol. ⁊ cõſi. xlvj. iij. vo. ⁊ cõſi. clxxxiij. §. vo. ⁊ conſi. cclv. iij. vol. in fin. conſi. ⁊ cõſi. cliij. j. volu. ⁊ cõſilio clxiij. ij. volu. per Eldra. conſi. xcix. Petr. de Ancha. conſil. xxvj. per Angel. conſi. xcvij.

ſ P.PAV.P. ¶ Sic ſubſtit. Jſta conditio ſi ſine liberis deceſſerit. cadit etiã in pupillum, ⁊ ideo ſi teſtator diceret. ſi filius meus decederet in pupillari etate ſine liberis, non dz intelligi de pupillari etate, vide omnino Com. conſi. cxxv. inci. proponitur ꝙ Bar. per totum. ſed videtur contrarium voluiſſe Paul. in ſcript. ad Bar. in l. in pupillari. ſ. eod. vbi Jaſ. hic.

t POMA. ¶ Et alij dicunt. Pro iſta opi. conſuluit Rapha. cuma. conſi. cj. inci. proponitur.

v POMA. ¶ Subſtituit aliquem. Uide Alex. conſi. xlv. j. volum. Roman. conſi. cc.

x POMA. ¶ Compendioſe. Uide Alex. conſi. ix. in j. volu. vbi ponit aliquid de ſuperioribus ⁊ vide mod. l. j. ff. de leg. j.

y ¶ Uerbum lego. Adde vltra Alex. de hoc verbo Bal. cõſ. cxj. Card. conſi. lx.

z POMA. ¶ Quãdocunqz. Uide plures opi. de iſta que. ꝑ Bar. cap. cum tibi. de teſt. Ale. conſi. clxij. in ij. vol. ⁊ conſi. xij. in iij. vo. Pan. conſi. lix. in j. dub. in j. vo. Pau. de Ca. l. ſi quis ad declinandam. de epiſ. ⁊ cle. Bar. conſi. iij. ⁊ conſi. lv.

P.PAV.P. ¶ Uide Pau. de Caſt. con. lix.

aa ¶ Sit fideicommiſſaria. Adde ꝙ ita Bal. conſuluit, ꝙ fit fideicõmiſſaria eius conſi. ccccxxij. inci. in Chriſti nomine, factũ ſic ſe habet iij. lib. ⁊ cõſi. ccccl xvij. j. vol. ⁊ cõſ. ccxxij. eo. vel opi. Bar. ſequitur Ang. hic, ⁊ Pau. de caſt. in l. precibus. Bar. in l. ſi qs ad declinãdã. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ l. fundi trebatiani: ⁊ conſi. inc. Barroſ. li. ⁊ conſi. inci. Uanutius fecit teſtamentũ in lec. Alex. alleg. Pau. de ca. conſi. xcviij. ibi non loquitur de hoc, ſed conſi. cxcix. nec ibi loquit de primo caſu, niſi referendo, ſed de ſecũdo de quo hic in fine quid ſi conſuluit idem Alex. conſi. xij. iij. vol. limitandum eſſe dictũ Bar. niſi teſtator dixiſſet, bona diſtribuantur pro anima mei teſtatoris, quia tunc bona pupilli non poſſunt prodeſſe anime teſtatoris. cap. non putanda. j. queſt. j. non erit directa ſubſtitutio. ita conſuluit Pe. de anc. conſ. viij. inci. in Dei nomine difficultas queſtionis. ⁊c. ⁊ in opi. prima perſiſtit Fal. cõſ. cõſi. cclxxxvj. ij. vol. Abb. cõſ. lix. li. j. ſequitur opi. Bar. etiã ſi diceret, bona mea dẽtur ⁊ diſtribuãtur. d quo vide Cal. con. xxvij. de teſt. Bal. conſi. lxxxvj. lib. v. vbi voluit ꝙ ſubſtitutio facta pupillo, ſi deceſſerit ſine liberis, ꝙ totum diſtribuatur excludat matrem, cum ſit relictum, cum hoc, ꝙ plus petere non poſſit.

bb P.PAV.P. ¶ Sed iſtud verbum. Jn contrarium vide Com. cõſ. cxxx. qui ponderat Bar. ſibi contrarium in hac l.

cc POMA. ¶ Loco heredũ. Uide concor. per Alex. conſi. iiij. in ij. volu. ⁊ conſi. xcviij. in fin. in iij. volu.

dd P.PAV.P. ¶ Si mater. Uide de hac que. Com. conſi. cxxx. inci. Joan. qui refert Bal. contrarium tenuiſſe, ⁊ dubitat quã partẽ eligat, tandem couſuluit contra.

POMA. ¶ Reſpondeo. Contrarium not. tenere Bar. in iij. q. in ca. l. quã contrarietatem detegit Are. hic, ⁊ Ang. cõſi. xcvij. Pa. de Caſt. cõſi. xxv. Are. conſi. clv.

ff POMA. ¶ Colligitur. Uide Alex. con, cxxiij. ver. ⁊ ponderanda. in iij. volumine.

3 hoc põt limitari vnum dictum, † ſubſtituit teſtator duobꝰ per fideicõmiſſum ſimpliciter. Certe cuilibet videtur ſubſtituere ſimpliciter per ſe, vt j. de legat. ij. §. filiũ. ⁊ infra ad Trebellainum.
a Iucius. §. Caio. Sed qḋ ſi teſtator[a] † dixiſſet, ſi tales deceſſerint
4 volo ꝙ omnia bona mea deueniant in tales, ⁊ tũc videt velle ſubſtitutos vocare, cũ ambo inſtituti deceſſerit, argumento huiꝰ le-
b gis.[b] Idem putarem ſi eſſet aliqua alia preſumptio quam hic ponitur, vt ſi eſſet preſumptio coniunctionis, vt qꝛ erant filij iſtituti Vnde videtur coniunctum preferri ſubſtituto, ſm ea que plene dixi in l. heredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Vltimo nota, † ꝙ ſi
5 cut ex voluntate defuncti cõiunctus ſubſtituto prefertur: ita quãdoque veniẽs ab inteſtato prefertur ſubſtituto ex preſumpta voluntate defuncti, l. ſi quis ita heres inſtituatur, de heredibꝰ inſtituendis.

ADDITIONES.

a POM. ¶ Sed quid ſi teſtator. Vide Ro. ſing. cvij. Pan. cõſili. cv. in ij. vo. Anta. de But. conſi. xxxj.
P. PAV. P. ¶ Vide omnino Com. conſi. xxxiiij. inci. Ieſu chriſte vims conſilijs per totũ. Ioan. de Ana. conſi. xxij. ⁊ Pau. de Caſtr. in l. hrdes mei. §. cũ ita. in prin. ff. ad Treb. Reſpondet. Bar
b hic. ¶ Argu. huius le. Adde ſm Alexand. ꝙ contrarium tenet Ange. ⁊ Imo. Rapha. Pau. de Caſtr. ⁊ ipſe alle. qui dicit ſe contra Bar. ſcqius conſuluiſſe qꝛ opi. Barto. eſt contra tex. in l. heredes mei. §. cum ita. j. ad Treb. in ver. in omnem hereditatẽ Non obſtat iſte tex. quia loquitur in ſubſtitutione vulgari q̃ concipitur ante aditam hereditatem, ⁊ ideo cũ tũc habeat locũ ius accreſendi teſtator cenſetur voluiſſe illud reſeruare. Non ſic in fideicommiſſum qḋ concipitur poſt aditam hereditatem. Tu tñ dic ꝙ Pau. de Ca. cõſi. ccxxvj. dicit ꝙ alias dubitauit de his q̃ bis dicit Bar. maxime qñ eſſet aliqua preſumptio, qꝛ i l. pen. C. de imp. ⁊ ali. ſub. tenet contrariũ verũ, qꝛ quod Bar. hic dicit, idẽ firmat i d. l. heredes mei. §. cũ ita. dicit tñ nõ videri ſibi tutum recedere a Bar. hic, ⁊ ibi, ⁊ id quod dixit in d. l. pe. dixit p in aduertẽtiã, ex quo nõ facit mentionẽ de d. §. cum ita. Et vide que ibi poſui quibus etiam adde Ioã. de Ana. conſi. xxij.

LEX XXXI.

1 ☞ Dictio tunc, denotat extremitatem temporis.
2 Heres, qui ſemel fuit an poſſit deſinere eſſe heres.

a **In ſubſtitutione** [a] Sufficit quem ſemel heredem extitiſſe, niſi teſtator eum heredem eſſe tẽpore mortis requirat, qḋ ex dictione tunc, preſumitur. h. d. In textu ibi, eſſe referenda, ſubaudi, vt oporteat Caiũ tpe mortis impuberis heredẽ eſſe, ad hoc vt ſubſtitutũ excludat, nõ aũt ſufficit aliquo tẽ
1 pore fuiſſe, ſm Dy. Oppo. de prin. ad finem. Sol. † Dictio tunc, tollit contrarium, que extremitatem temporis ſignifiat, l. iiij. in in fine de cond. ⁊ demon. ⁊ teſtamentaria tutella. l. penul. Secũdo opponitur, ⁊ videtur ꝙ nullo modo poſſit eſſe locus ſubſtitutioni, rupto teſtamento per querelam. l. Papi. §. ſed neqꝫ impuberis. de inof. teſ. Solu. hic teſtamentum fuit ruptum pro parte
2 ibi in totum. ¶ † Item op. qui ſemel fuit heres, nunquam poteſt deſinere eſſe heres, l. ⁊ ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de min. ⁊ l. ei qui ſoluendo. ſ. tit. j. Dic vt in gloſſ.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ In ſubſtitutione. Ad iſtum tex. vide Ale. conſ. xliij. in fin. in iij. volu.
b P. PAV. P. ¶ Item opp. Quod quis non poſſit deſinere eſſe heres, hꝫ locum etiam quando ex conuentione partium, ⁊ ex ſententia arbitratoris cui fuit data licentia annullandi teſtamentum quis efficitur heres, vt per Com. conſi. cxlj. col. j.

LEX XXXII.

**Qui complures.** Ex preſumpta volũtate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem reſpectu vnius adiuncti, ſꝫ inter ſe in hereditarias portiones. h. d. ⁊ eſt ſingularis caſus. Opp. ⁊ videtur. ꝙ oẽs coniuncti admittantur in vnam dimidiaꝫ, ⁊ Titius in aliã dimidiã, vt ſ. ti. j. l. Titius ſundi. ⁊ ſ. e. l. ſi pater filio. Quidã dicunt ꝙ hic non coniunxit eos, ſed eos inſtituerat ſeparatim nominãdo diuinare eſt. Tu dicas ꝙ hoc contingit ꝓpter duo. Primo, qꝛ illos coniunctos inſtituerat ex diſparibꝰ portionibus. Vñ ſicut eos in inſtitutione ſeparauerat, ita vr̃ ſeparaſſe in ſubſtitutiõe. Secũdo qꝛ in hac ſubſtitutione expreſſit, dixit eniꝫ, ꝓ portionibus hr̃ditarijs, ſed in p̃rijs iſta duo nõ interuenerũt imo eos vno ſermone inſtituit, vñ eos in ſubſtitutione nõ vr̃ ſeparare. Itẽ op. C. e. l. fi. §. j. vbi vr̃ ꝙ inter ſe vocentur in viriles. Reſ. ibi fuerũt ſubſtituti per diſtributiuuꝫ, ꝗſquis, ⁊ ita de facto cõtingit ꝙ in ſubſtitutione partes viriles habuerũt, vt dixi in d. l. ſi pater. ſ. e. ⁊ l. ſi in teſtamẽto. ſ. e.

LEX XXXIII.

1 ☞ Subſtitutio facta in tempus, an dicatur facta in diem vel conditionem.
3 Mater non poteſt ſubſtituere filio pupillariter.

a **Si mater.** [a] Mater poteſt inſtituere filium [b] in tempus pubertatis. ⁊ ei ſubſtituere vulgariter. h. d. ⁊ iſta eſt difficilis lex, tã in prin. quam in fi. C p. ꝙ tale teſtamentum non valet, qꝛ filius interim reperitur preteritus, ergo teſtm̃ eſt nullum ſecundum iura hodierna, vt in auth. vt cum de ap. cog. §. illud quoqꝫ. ⁊ in auth.
1 nouiſſima. C. de inof. teſ. Dicit † gl. hic in verb. cum erit. ꝙ filius fuit inſtitutus ad tempus, vnde tempore ſubducto de medio remanet inſtitutio pura. ¶ Iſtã gl. Ia. de Are. reprehendit, dicẽs ꝙ hoc non eſt verum, imo dicit ꝙ hec ſubſtitutio eſt conditionalis, cum erit annorũ xiiij. l. ſi cui. §. hoc autẽ legatũ. j. de le. j. ⁊ l. ſi Titio. j. qñ di. le. ce. ſed inſtitutio põt conferri in conditione, vel in diẽ incertũ. vt ſ. ti. j. l. ſi in tps. ⁊ j. ti. i. l. ſi ⁊ per totum. ⁊ no. in l. hr̃ditas. ſ. tit. j. gl. tñ videtur voluiſſe euadere hoc, ⁊ dicit ꝙ hec verba faciunt diem regulariter, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe appareat. alledat l. ſi ita ſcriptuꝫ. de man. teſ. Videte an iſta verba faciãt diẽ vel conditionẽ, dixi in d. l. ſi cui. j. de le. j. Tñ in propoſito dico, ꝙ ex qualitate perſone ſcilicet qꝛ filius preſumitur ꝙ voluit teſtator potius facere diem quã cõditionẽ. l. Seius ſaturninus. j. ad Treb. ⁊ de vſuris. l. fideicommiſſi. §. cũ Pollidius. vel tenendo opin. Ia. de Are. ꝙ faciant conditionem iſta verba, dic ꝙ iſta cõditio fuit adiecta in fauorẽ filij, vt qꝛ habebat patrẽ vite turpis, de cuiꝰ moribus mater ſuſpicabatur, l. filijs matrẽ. C. de inf. teſ. ⁊ iſto caſu iſta ſubſtitutio poteſt valere, vt dicã j. e. l. cum ex filio. in prin. Et ex hoc patet que erat ratio dubitandi in l. noſtra. Nã erat, ꝙ filius interim dubitatur preteritus, ⁊ videbatur poſſe venire per querelam, ſꝫ iſta tẽpora, vel dicere nullũ hodie. Ratio vero dubitandi que ponitur in fi. gl. eſt nulla, quoniã ſubſtitutio vulgaris põt fieri, ⁊ cõferri, in caſum in quẽ inſtitutio nõ valeret. l. Gallus p totã legẽ. ſ. de lib. ⁊ poſ. ⁊ l. ſi pater.
2 filium. ſ. eo. ti. ⁊ l. ij. in fi. de lib. ⁊ poſt. ¶ † Quero vtrũ mr̃ poſſit ſubſtituere filio pupillariter: Videtur ꝙ ſic, qꝛ tex. dicit tabulis pupillaribus. Contrarium eſt veritas, qꝛ mater nõ hꝫ filium in poteſtate, ergo non poteſt ſubſtituere pupillariter, vt ſ. e. l. ij. in prin. Non obſtat hec lex, qꝛ loquitur in vulgari, ⁊ ita dicit quedaꝫ tua gl. hodie autem qualiter procedat iſta ſubſtitutio facta in tẽpus. dicam j. eod. l. cum ex filio.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si mater. Vide que ponit Ale. in l. ſi pater. ad fin. C. de inſti. ⁊ ſubſti.
b ¶ Filium. Pro concordia. Aduerte ꝙ mater poteſt inſtituere filiũ ſub conditione caſuali, qꝛ illa conditio hodie ſubdiuiditur

de medio,⁊ reperitur pure inſtitutus.Ita Bar.in l.ſi pater.C.de inſti.⁊ ſub.ſub cond.fa.contrarium ſecundū Alex.vbi.ſ.col.fin.tenuit Bar.in hac l.ſi mr̄.⁊ hic alle.doc.Alex.ꝓ vtraqꝫ opi. Tu dic,ideo dicit Bart.i.hac l.ſi mater. ꝙ valet teſtamentum ſm caſum huius legis,eo qꝛ inſtitutus ſub illa conditione caſus ſi a matre videtur in defectum cōditionis pꝛeteritus que pꝛeteritio in mater habetur pꝛo exheredatione,Inſtit.de exher.libe.§.mater,ſecus de iure nouiſſimo,vbi opoꝛtet ꝙ ſit expꝛeſſa inſtitutio,vel exheredatio cum vna ex illis xiiij.cauſis d̄ qb⁹ i §.aliō quoqꝫ.in auth.vt cum de appel.cog.Ita Alex.vbi refert Ange.in l reprehendenda.C.eo.tit poſſet dici,⁊ melius ꝙ Bar.de directo non eſt ſibi contrarius,qꝛ alio caſu loquitur in hac l.ſi mr̄.⁊ patū fuit conſideratus Bar.cuius opin.hic eſt vera,⁊ eſt ratio qꝛ in ꝯtrarium conditionis euentū fuit hic non dico exheredatus,ſed ſi inſtitutus,quo caſu etiā in patre valeret talis inſtitutio.Nā ſi mater dixit,inſtituo filium meum quādo erit xij.annoꝛum.nōne poſt xiiij.annos eſt inſtitutus:Et hoc tolleratur pꝛopter fauoꝛē filij,in cuius fauoꝛem fuit facta talis ſubſtitutio.foꝛte ꝓpter patrem ſuſpectū de dilapidatione,⁊ ſic quādā ſingularitatē denotat hic Bar.⁊ doc.ſequuntur,quaſi non ſit diſpoſitio conditionalis ex ꝓxime dicta ratiōe,vt d̄clarāt.ibi doc.ex mēte matris expꝛeſſa.

1 ☞ Filius qñ ſuperuixit patri,⁊ repudiauit,⁊ nepos etiā repudiauit,an admittetur tertius ſubſtitutus.

2 Exiſtentia ſui heredis non impedit ſubſtitutionem vulgarē niſi quando ſubſtitutio eſſet facta ſm conſilium Galli, vel legis Velleie.

3 Subſtitutio vulgaris facta in vnum caſum,qñ poꝛrigatur ad alium caſum non expꝛeſſum.

**§. Si filius.** Iſte eſt ſubtilis §.valde.Si inſtitut⁹ eſt hr̄s.euaneſcit ſubſtitutio vulgaris pꝛima,⁊ omnis poſterioꝛ,h.d.¶ Querit gl.in verb.excludi.†pone
1 ꝙ filius ſuperuixit patri,⁊ repudiauit,⁊ etiā nepos repudiauit, an admittet filius ſubſtitut⁹:Gl.ꝙ nō,qꝛ ſubſtitutio Titij fuit facta,ſi filius viuo teſtatoꝛe deceſſerit,⁊ ille non deceſſit viuo teſtatoꝛe.Item dicit gl.ꝙ verba ſuperioꝛa ſi heres non erit debēt intelligi cū poſſit eſſe heres.ita dicit gl.iſta gl.hꝫ duos paſſus.
2 Pꝛimus paſſus gl.†eſt,an exiſtētia ſui heredis impediat ſubſtitutionē vulgarē.Gl.arguendo videtur dicere ꝙ ſic:videte,regulariter veritas eſt in contrariū,vt ſ.e.l.ij.§.interdū.in fi.⁊ l.⁊ ſi ſine.§.ſed quod Papinianus,ſ.de mino.Ratio apparet in ꝓmptu,nā ex eo quod hꝫ quis ſubſtitutum vulgarē,ceſſat exiſtentia ſui heredis l.Papinianus.§.quarta.⁊ ibi not.ſ.de inoffi.teſta.⁊ l.ſi filius hr̄s.ſ.d libe.⁊ poſth.ſed poſito ꝙ exiſtentia ſui hr̄dis non ceſſaret,ſed haberet locum,tunc idē eſſet vt ſ.dixi.Pꝛedicta vera regulariter ⁊ communiter.Sed qñ ſuſtitutio vulgaris eſt eſt facta ſm conſilium Galli,vel legis Velleie,tunc exiſtētia ſui heredis impedit ſubſtitutum vulgarem,⁊ hoc caſu loquitur gl.noſtra.⁊ bene.Ratio,qꝛ magis videtur nepos ſubſtitut⁹ in ſuitate quā in hereditate.ſ.de lib.⁊ poſth.l.Gallus.§.⁊ quid ſi tm̄ pꝛout loquitur in filio emancipato.Pꝛobatur etiā in §.nunc d̄ lega.d.l.Gallus.⁊ ideo ſtatim cum pꝛimus eſt ſuus ceſſat ſubſtitutio,qꝛ eſt facta in ſuitate,⁊ hoc caſu loquit̄ bene iſta gl.¶ Venio ad determinationem queſtiones,ſi filius ſuperuiuit patri,lꝫ repudiet,nepos ex ſubſtitutione non admittitur.qꝛ ſubſtitutum impedit exiſtentia ſui heredis.Et verum dicit gl.ſed iſta ratio videtur concludere in tertio extraneo ſubſtituto,de quo loquit̄ tex.⁊ queſtio gl.Nā ille non pōt dici ſubſtitutus in ſuitate, quia non eſt de liberis,ſed magis in hereditate videt̄ ſubſtitut⁹.Huius timoꝛe gl.d̄t,ideo nepos non admittitur,qꝛ verba iſta,ſi heres non erit,debēt intelligi,cum eſſe poſſit.Sed hoc caſu nepos nō poteſt eſſe heres,ergo ⁊c.Videte,pꝛo iſta gl.facit l.pr̄ Seuerniam.in pꝛin.de condi.⁊ demon.¶ Contra iſtam gl.videmini habere tex.in l.cum pꝛoponas.C.de here.inſti.vbi verba,ſi hr̄s non erit,debent intelligi,vel qꝛ nō poſſit:ꝓpter quod quidam re
a qꝛobant iſtā gl.Mihi videtur[a] ꝙ iſta gl.dicat veritatē[b] hoc ca
b ſu.Pꝛimo,qꝛ ſi aliud diceremus,ſequeretur ꝙ ille ſubſtitutus tertius,pꝛeferet̄ nepoti in hereditate,cōtra defuncti voluntatē pꝛeſumptā.vt C.de fideicō.l.cum acceptiſſimi.⁊ l.cum auus.ī.de condi.⁊ demon.Quod aūt nepoti pꝛeferretur ſubſtitutus in hereditate oſtenditur ſic.Iſte nepos ex ſubſtitutione nō pōt ſuccedere,vt dictū eſt in queſtione noſtra.Itē neqꝫ ab inteſtato poſſet ſuccedere donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento,l.quandiu.d̄ regu.iu.⁊ l.quamdiu.ī.de acq.heredi.⁊ l.antequā.C.cōmunia d̄ ſuc.Si ergo iſte ſubſtitut⁹ tertius poſſet ſuccedere ex pꝛimo teſtamento,ille nepos repelleretur,ideo debēt intelligi iſta verba, ſi heres erit,ſcilicet,cū poſſit ex teſtamento ſuccedere,ne illud abſurdū ſequatur.¶ Cōtra hoc opp.foꝛtiſſime,†ſubſtitutio vul.facta in vnum caſum poꝛrigitur ad aliud caſum non expꝛeſſū.l.Gallus.§.⁊ qd ſi tātū,ſ.de lib.⁊ poſthu.dixi ſ.e.d.l.j.Si igitur iſta ſubſtitutio eſt facta in vnum caſū tm̄,ſ.ſi heres eſſe non poſſit,refertur ad alium caſum,ſ.ſi heres eſſe nolit,⁊ econuerſo.Reſpondeo ⁊ dico,ꝙ poꝛrigitur ad alium caſum,niſi voluntas teſtatoꝛis repugnaret tacite vel expꝛeſſe,vt ſ.eo.l.iam hoc iure.⁊ ī.e.l.cū ex filio.§.j.ſed hic repugnat pꝛopter inconueniens qd ſ.dixi.⁊ ideo ſi poneremus aliū caſum,ſ.ꝙ nepos non poſſit eſſe heres,incōueniens illud ceſſaret,vt qꝛ ille nepos eſſet moꝛtuus antequam filius repudiaret,tunc crederem ſubſtitutū admittendum,qꝛ eoꝛum verboꝛum ſignificatio hoc patitur,d.l.cum pꝛoponas.C.de her.inſti.Item nullum eſt aliud inconueniens,pꝛopter qd̄ de voluntate defuncti aliud pꝛeſumatur.¶ Cōtra illud qd̄ dixi vltimo,opp.lꝫ ſubſtitutio facta in vnum caſum poꝛrigatur in aliū,vbi non repugnat voluntas defuncti,tamen vno tempoꝛe facta ſubſtitutio ad aliud tps non poꝛrigitur,l.ſi ita quis.ſ.eo.ſed in caſu legis ⁊ pꝛopoſite qōnis,fuit facta ſubſtitutio ſi me viuo filius moꝛiatur,⁊ ſic fuit collata in tempus vite:ergo ſi decederet poſt dꝫ ceſſare ſubſtitutio. Rñdeo,illud tempus fuit appoſitum in ſubſtitutione facta filio de nepote,⁊ non fuit adiectum in ſubſtitutione facta nepoti de extraneo,nec etiam dꝫ intelligi repetitum vt ſ.tit.j.l.ſub conditione.merito ergo extraneus admittitur in caſu quo ſ.dixi.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Mihi videtur.Vide.Alexan.conſi.j.in j.vol.

b IOAN.FARV. ¶ Veritatē.Adde circa iſtā q.gl.⁊ ſaluationē Bar.plene no.per Alex.Are.⁊ Iaſ.hic.

LEX XXXIIII.

**Ex duobus.** Supꝛemus vel vltim⁹ eſt,poſt quem nemo ſequitur.h.d.¶ Pꝛo de l.cum qui.ī.ad Treb.Sol.vt ibi.⁊ dixi i l.q duo in pꝛin.ī.de reb.dub. Item hic dicitur,ꝙ ſunt duo vltimi.Contra iſtud relatiuum,quis vel qui,quādo ponitur diſtributiue.vt ponitur hic,requiritur ꝙ in vno tantum verificetur exiſtētia conditionis,nō in pluribus,l.ſi fuerit.ī.de reb.dub.ſed hic dicit̄,ꝙ in pluribus verificatur.Sol.hoc eſt ex pꝛeſumptione defuncti,qui voluiti hereditate vltimi reperiri hereditatē ꝑ l.qui duos.ī.de reb.dub.Dixi in l.hoc articulo.C.de her.

1 ☞ De his verbis,quiſquis mihi heres erit,⁊ qualiter impoꝛtant tantum,quantum repetitio ab inteſtato.

**§. Filium.** Heres ex ſubſtitutione vulgari admittitur ad ſubſtitutionem impuberi factam ꝑ hec verba,quiſquis mihi heres erit,⁊c.h.d.¶ Ad hāc legē oppo.illegitimꝰ nō eſt heres directe,⁊ immediate defuncto,nō admittit̄ ad ſubſtitutionem,per hec verba vt ſ.eod.l.qui liberis.§.hec verba.Dicit gl.no.hoc eſt iō,qꝛ dictio,qſqs,plures reqrit,⁊ ideo ſi nō cōpꝛehenderet ſubſtitutum ,non verificaretur dictio quiſqs.lꝫ in lege contraria erant plures inſtituti ad quos refert̄.Dyn.repꝛehēdit iſtam gl.quia verbum quiſquis pōt referri ad vnum.l.ſi in teſtamento.§.j.ī.ſi quis omiſ.cau.teſt.Dicit ergo Dy.ꝙ quotquot eſſent inſtituti tamē admmittet̄ ſubſtitut⁹ vulgariter.Ratio,qꝛ ex iudicio defūcti ſuccedit.Pꝛobat̄ i d.l.qui liberis.§.hec verba.Et ita videt̄ velle Dyn.⁊ eius ratio mihi plus placet quam ratio gl.tamē gl.dicit veritatem,inquantū dicit,ꝙ diſtri
1 butiuū,quiſquis,requirit ad minus duos.Pꝛo†cuius euidētia debes ſcire ꝙ dictio quiſquis,impoꝛtat in ſe conditionē,l.qui liberis.in pꝛin.ſ.e.Vnde exiſtentia cōditionis bene pōt verificari in vno caſu tantū,d.l.ſi in teſtamēto.§.j.ſi qs omiſ.cau.teſta.ſꝫ pꝛincipalis locutio,⁊ oꝛatio de neceſſitate debent eſſe de pluribus,vt hic ꝓbatur in d.l.qui liberis.in pꝛinc.§.hec verba.Si enim poneremus vnum ſcholarem tantum eſſe in ſcolis,⁊ dicerem⁹ quiſqs pꝛius exhibit ſcholas,⁊c.eſſet impꝛopꝛia locutio,qꝛ diſtributiuū ſeu partitiuū requirit plura,vt hic pꝫ ad ſenſū.Sꝫ ponamus ꝙ in teſtō dixerit teſtōꝛ,quiſquis mihi heres erit,det illi decē,an ꝑ hec verba compꝛehendantur veniētes ab inteſtato.Gl.hic vr̄ velle ꝙ ſic.Quidam repꝛehendunt hanc gl.dicentes ꝙ l.ſi quis cum teſtm̄ nullum,ī.de iur.codi.loquitur vbi nullum eſt factum teſtm̄, ⁊ ſic nulli heredes ſunt nominati,⁊ ſic de neceſſitate intelligitur de venientibus ab inteſtato. Sed ſi factum eſſet teſtm̄,⁊ heredes nominati,tunc glo.non bene diceret.Sed ego puto gl.bene dicere in vtroqꝫ caſu,qꝛ qñ fit ſubſtitutio pupillaris,eſt pꝛouiſio,ideo in eum qui non eſt nominatus in teſtamento,non cadit affectio,d.§.hec verba.⁊ argument.quod not.in l.qui filiabus.§.j.ī.de lega.j.Sed quando relinquuntur legata per hec verba,quiſquis mihi heres erit,⁊c.reſpectu heredum continet onus.Si ergo teſtatoꝛ voluit grauare heredes quos nominauerit,⁊ dilexerit multomagis videtur grauare venientes ab inteſtato,⁊ ſubſtitutos quos minus dilexerit l.Publius.§.Titia.de condi.⁊ de.⁊ ſic glo.bene dicit.Ex hoc habes notare,ꝙ idem impoꝛtant verba,quiſquis mihi heres erit,quod impo

importaret repetitio ab inteſtato. Contra hoc dictum fecit, l. ſi plures. j. de lega. iij vbi dicitur. ꝙ idē eſt dicere: heres meus dato, vel quiſquis mihi hr̄s erit. Reſpond. illa ſimilitudo q̃ ibi ponitur, vera ſimilitudo quantum ad ſcriptos in teſtamento, non q̊ ad omnia.

§. **Etiam ſi contra.** Rupto teſtamento p contratabulas, non rumpitur ſubſtitutio pupillaris, nec legata ſubſtitutio, h. d. ❡ Eppon. rupto teſtamento rumpuntur tabule pupillares, l. Papininus. §. ſed neque impuberis. de inoff. teſta. Solut. ibi qn̄ rumpitur per querelam, ⁊ tunc nō tollitur teſtamentum ipſo iure, q2 eſt de iure ciuili, ſed cōtratabu. eſt de iure pretorio. Unde ſicut pretor nō poteſt facere quē hr̄dē ipſo iure, ita nō pōt facere deſinere ipſo iure. Poſſes tu dicere, Cum per contratab. tollitur teſtamentū paternum in effectum, quare etiā tabule pupillares nō rumpuntur in effectu: Reſpond. tabule pupillares continent prouiſionem filij, q2 decedit teſtatus, ⁊ ea que continēt prouiſionem liberorum reſeruantur per titul. de legat. preſtā. ideo ſubſtitutio pupillaris remanet. Iſta eſt ratio docto. ⁊ bona. Contra iſtā rationē op. q2 quod dicitur, ꝙ ea que ſunt improuiſiōe filij, reſeruantur per tit. de lega. preſtan. eſt verum de filijs non intentantibus ꝯ tab. l. filium. §. omnibus, de lega. preſtan. Sed dic ſm caſū gl. ponitur ꝙ filius contratab. intentat, ergo c. Quid dicemus: Reſpon. illa l. filium. §. omnibus loquitur in commodis pecuniarijs in quibus ipſe filius pōt diſponere per ſe, vel cū authoritate tutoris, vel curatoris, vnde petendo contratabu. perdit illud in q̊ pōt diſponere. Sed eſt iſtud teſtamētū pupillare, circa qd̄ pupillus exiſtēs in pupillari etate nihil pōt diſponere, nec tutoris authoritas ad hoc ſe extendit. Unde .contrat. petendo non poterit teſtamentum pupillare irritari. Ultimo querit gl. que eſt differentia inter querelam, ⁊ bonorum poſſeſſionem contratabul. ⁊ dic vt in gloſſ.

LEX XXXV.

1 ☞ Uxore relicta domina ⁊ vſufructuaria, mortuo filio in pupillari etate, ſubſtitutus pupillo vxori p̄ſtat in integru vſumfructū
2 Propoſitū in ꝓpoſito, ita operaꝛ quod operatur oppoſitum in oppoſito.
3 Contrariorum quando eadem eſt diſciplina.
4 Teſtamentum quando rumpitur ipſo iure per ꝯ tabulas ſubſtitutio pupillaris rumpitur.

**E**T **ſi contra.** Iſta lex reputatur difficilis, ⁊ hʒ tres partes. Prima durat vſque ad ver. ſic ⁊ creſcere, Secūda vſque ad ver. his conſequens. Tertia vſque ad finē, ⁊ ſm ꝙ text. hʒ tres partes, ita glo. magna que eſt hic, que ponit caſum habet tres partes, prout ponit caſum. Quarto ⁊ vltimo gloſſ. format quaſdam queſtiones circa legem. Uideamus glo. magnam ibi, ſic augetur, ⁊c. ⁊ ibi ponit ſecunda pars. Opp. ad prin. † ſecundum caſum gl. habes ꝙ ſubſtitutus tenetur omnib⁹ preſtare legata, cū pupillus non teneatur niſi coniunctis perſonis. ⁊ non vltra, l. q fundum. §. qui filium. j. ad legē fal. ⁊ l. filium. in prin. de lega. preſtan. Iſta eni legata, de quibus loquitur, hic, debentur ex perſona impuberi, ergo non in plus ſubſtitutus teneꝛ. Et ideo Jacob. de Are. ⁊ Oldr. dicunt, ꝙ gl. non poſuit bene cauſām: debuit ergo poni ſic. Si legata preſtantur omnibus forte minuerent falcidiā, ꝑ quā legata minuuntur. Sed q2 fili⁹ nō preſtat extraneis ſed ſolum parentibus. ideo legata debentur in plus, quia falcidia non detrahiꝛ, cum non preſtantur tot legata, arg. j. de legat. preſtan. l. filium. §. fi. Et ideo habetis hic in text. propterea, nō preterea: vel ſi habetis preterea exponaꝛ, id eſt, ꝓptera, ſm Ja. de Ar. ⁊ ſecundū hoc in tantum tenetur ſubſtitutus, in quantum tenebatur pupillus in his que a pupillo ſint relicta. Credo. Ja. de Are. dicere veritatē. Nā legata ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto fiant inutilia, mininum faclcidiā, l. nō eſt dubiū. cū l. ſeq. j. ad legē fal. Tamē tenendo opi. gl. no. iſtud prin. q2 videꝛ caſus illi⁹
2 queſtionis, † ſi teſtator relinquit vxorem ſuam dominā ⁊ vſufructuariā ſm cōſuetudinē dʒ habere aliementa tantum liberis inſtitutis, vt not. C. ſi ſecnn. nup. mu. ⁊ in authen. ibi poſita. Dico ꝙ ſi filius fuit inſtitutus ⁊ extraneus ſibi pupillariter ſubſtitutus ⁊ pupillus heres factus deceſſerit, quod ſubſtitutus dʒ da-
a re vſumfructum itegrū, [a] licet filius alimenta tātū. Creſcit enim legatum in perſona ſubſtituti, vt hic ſm caſum gl. Quod intelligo vt plene examinaui in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. infra .de lega. ij. ❡ Uenio ad ſecūdam partē legis, ibi, ſic accreſcere. ⁊ vide ſecundā partē gl. ibi, ſic augetur, ⁊c. gl. hic ponit caſum ſatis bene. Sed oppo. ꝙ ipſe pupillus tenetur ad p̄ſtanda legata omnibus. l. fi. §. j. j. de lega. iij. Sol. debētur legata pupillo pro vncia, quā hʒ ex volūtate defuncti omnib⁹ ꝑ vn cūs vero accreſcentibus debentur legata tantum coniunctis perſonis, Et ita hic ⁊ ibi loquitur, ⁊ eodem modo debebit ſubſtitutus legata relicta a pupillo, legata vero relicta a ſubſtituto omnib⁹ debentur, l. filium. §. omnibus. de leg. preſtan. Ratio, q2 ſubſtitutus totum habet ex iudicio d̄functi, ideo in totum debentur om-
3 nibus. ❡ Uenio ad tertiam particulam, que incipit, his † conſequens. Allegatur ad hoc ꝙ ita operatur propoſitum in propoſito, qd̄ oppoſitum in oppoſito. h. d. No. tex. ibi, vt quemadmod. vide, d. gl. magnaʒ. ibi ecōtra decreſcit, ⁊c. que eſt tertia pars d. gl. Quarta pars incipit ibi, in exheredato, ⁊c. Op. cōtra ſecūdā lec. gl. hic dicitur ꝙ non debentur legata, niſi coniunctis perſonis. Contra, imo omnibus ⁊ pro ſemiſſe, q2 totū ſemiſſeʒ hʒ ex iudicio defūcti: ergo, ⁊c. ſicuti ſupra dixi de ſubſtit. ſ. de inſti. Ideo quidā reprehendunt hanc glo. Sed veritas eſt ꝙ bene dicit, niſi filius adiuiſſet ⁊ omiſiſſet contra tab. l. is qui. §. ſed ſi vnus. j. de
4 leg. preſtan. ⁊ de bonorum poſſ. contra tabu. l. ſi ex duobus. §. j.
5 Dicitur hic † ꝙ. contrariorum eadem eſt diſciplina. cōtra de l. ſi quis negotia. ſ. de neg. geſt. ⁊ l. qui proprio. §. procurator. ⁊ ver. vſqʒ adeo. ⁊ §. item queritur. de ꝑcu. Sol. vt no. per gl. in regula iuris, ſm naturam. ⁊ per Dy. in c. qui ſentit cōmodum. de re. iu. lib. vj. ❡ Quero vtrum hoc, qd̄ hic dicitur, poſſit habere locū in filio exheredato. Gl. dicit, ⁊ bene, ꝙ non, vt in ea habes, tūc quia exheredatus non hʒ contra tab. l. non putaui. in prin. j. de ꝯtab. tn̄ q2 ab eius ſubſtituto legari non poſſet, l. plane. j. de leg. j. ⁊ l. qui fundū. §. qui filios. j. ad l. fal. Sed an † exheredatus poſſit habere contra tab. beneficio preteriti: Quidā ꝙ ſic, ⁊ ideo dicūt ꝙ hic bene pōt poni caſus in filio exheredato. Sed certe hoc eſt falſum, q2 eſt contra caſum l. ſi poſt mortē. §. exheredari. de con-
6 tratab. ❡ Quero † vtru poſſit poni caſus in filio preterito. Gl. ꝙ non. q2 ab eius ſubſtituto non pōt relinqui, l. cum quidā. C. de leg. lʒ ſibi pōt dari cōtra tab. Puto ꝙ gl. dicit veritateʒ, ꝙ ſuus etiam petendo contra tab. non preſtat legata, vt l. is qui. in prin.
7 de leg. preſtan. ❡ Ultimo † ex l. ex duob⁹. §. fin. ſ. e. forma q. qn̄ per contratab. rumpitur teſtamentum ipſo iure ſecundum glo. vt dixi in l. illud. in princ. j. de contratab. ⁊ no. in l. vt liberis. in prin. C. de colla. vtrum tunc tabule pupillares tollentur. Certe ſic q2 magis propter hereditatem non aditam, quam propter contra tab. rumpitur teſtamentum ideo ſubſtitutio pupillaris rumpitur, l. ij. §. adeo. ſ. eo. Item in prin. huius l. ⁊ ſi contra reprobaui opi. Jac. de Are. ⁊ hoc videtur tenere gl. paruula.

ADDITIO.

a ❡ Integrum. Adde Bal. conſ. cccc v. lib. iij. Bal. conſi. cccxx. ⁊ ccccix. lib. i. Pau. de Caſt. conſi. ccclxxix. vnum notabiliter voluit Pet. de Ancha. conſi. ccxix. ꝙ vxor relicta vſufructuaria inſtituta matre teſtatoris, non plus habeat quam ſi eſſet inſtitutus filius. ⁊ an ſubſti. extraneo ⁊ pupillo moriēte, mater debeat habere integrum vſumfructum. vide Roma. conſi. ccccvj.

LEX XXXVI.

**P**Oteſt. Hec lex continuatur cum lege infra proxima, quam vide.

LEX XXXVII.

a **V**El ſingulis. [a] No. ꝙ ſi teſtator vltimo morienti ſubſtituit, non videtur filios inuiceʒ ſubſtituere. Contra hoc videtur tex. in l. Titia Seio. §. Seia. j. de le. ij. Dicit gl. Sol. vt ibi, ⁊ dic ꝙ ibi non eſt, q2 vltimo ſubſtituit, ſed q2 prohibuit alienari fundū. ideo videtur fideicōmiſſuʒ inuicem datum. Dy. hic videtur dicere, ꝙ hoc ideo eſt, q2 directo ipſi filio ſubſtituit, non autē rogauit alteri ſubſtituere per fideicommiſſuʒ, q2 ſi hoc fuiſſet, videretur inuiceʒ ſubſtituere. Uidete, puto ꝙ Dy. voluit hoc dicere, hic nouiſſimo ſubſtituit ſimpliciter: ibi vero ſubſtituit nouiſſime in toto fundo, ideo voluit totum fundū ad nouiſſimum pertinere: ita in propoſito, ſi rogaſſet nouiſſimum reſtituere hereditatem totam, videtur ꝙ tota hereditas ad nouiſſimū perueniat, l. deniqʒ. §. interdum. de pec. leg. ⁊ idem ſi directo eſſet facta ſubſtitutio in tota hereditate. ❡ Item op. de l. ſi pater impuberes. ſ. eo. Solu. ibi fuit facta ſubſtitutio reciproca inuicem, hic non.

ADDITIO.

a ❡ Uel ſingulis. Uide Alex. conſil. xj. in iij. volu. ⁊ conſi. ciij. in iij. volu. ⁊ vide quid dicat Fed. conſi. xlij.

LEX XXXVIII.

1 ☞ Ualet argumentum de perſonis ad tempus, ſicut de tempore ad res. Et de tempore ad locum.

**Qui plures.** Pōt quis omnib⁹ liberis ſub ſtituere,vel patri eoꝝ,aut nul li aut ad tempus totum pupillaris etatis,vel ad partē eius h.d.vide glo.in verb.ergo ⁊ ad breue.⁊c.Et hoc ex.ſnot.iuriſconſultū argumentari de perſonis ad tempus ſi cut ſupra de in lit.iur.l.videamus.§.pe.ſic etiam de tēpore ad res ꝗ.de milita.teſtamen.l.miles ita.§.⁊ q꞉ diximus.ſic etiā de tempore ad locum,l.quoties in diē.ꝺ verbo.obliga.⁊ l.vinū.ꝺ.ſi cert.peta.⁊ l.ſi res.de trictica.

**Et ſi a patre.** Additiōe facta a conacto ex Trebelliano ſenat.confirmantur tabule pu
a pillares.ᵃh.d.Ad hanc legē opp.ꝺt hic ꝙ fuit inſtitutus filius. Cōtra q꞉ tabule pupillares remanent valide ꝑ exiſtentia ſui hrē dis,licet repudiet.l.ſi fili⁹ qui patri.ꝺ.eo.⁊ l.ſi pupillus.ꝗ.de ac qui.here.ergo non eſt querendum,vtrum confirmentur per adi tionē cocatam.Glo.fatetur,ꝙ filius fuit inſtitut⁹ ex eo ꝙ hic ꝺꝛ a patre:nam eo ipſo ꝙ poſuit patrem,ergo ſequitur ꝙ fili⁹ fuit inſtitutus.Itē fatentur gl.ꝙ per exiſtentiā ſui heredis teſtamen tum erat validum,ſed per aditionem cōfirmatur plus,quaſi ex quodā contractu qui contrahitur per aditionē,vt hic dicit text⁹ confirmatur,q.di.prius fuerunt valide.ſed fortius confirmātur Secundam hanc lecturam debes intelligere,ꝙ filio fuit datus ſubſtitutus ſvn⁹ vulgariter,⁊ alius pupillariter fuit ſubſtitutus, ⁊ in fideicōmiſſo veniunt bona patris tantē deducta legitima,⁊ Trebellianica.l.coheredi.§.cū filie.ꝗ.eo.ſed in pupillari veniūt omnia bona patris,⁊ filij.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ꝺ.eo. Hec lec.nō applaudit litere,q꞉ tex.loquit de inſtituto inteſtamē to,⁊ ſic de iure ciuili non erat validum teſtm̄,nec exiſtentia ſui hrē dis validauit ipſum.Quare Jac.de Are.intelligit,ꝙ filius fuit exheredatus,⁊ extraneus inſtitut⁹:⁊ ꝙ ꝺꝛ inſtitut⁹,dicit,ſcilicet extraneus,⁊ filius exheredat⁹.Sed hec lec.non placet,q꞉ text. dicit,a patre,vt gl.dicit,⁊ bene.Quare dic ſecundū Dy.ꝙ filius habuit coheredē extraneū ⁊ ſic exiſtentia ſui heredis nihil ope ratur,l.ſed ſi plures.§.filio.ꝺ eo.⁊ l.apud Julianum.§.idē Ju
b lianus.ꝗ.ad Treb.⁊ ita debes intelligere.ᵇ❡Quero ſecundum hanc lec.a quo fuit relictum fideicōmiſſum,vtrū a pupillo vt ab eius ſubſtitutio:Dic ꝙ vtrunque pōt procedere,dū tn̄ dicas eo caſu quo fuit relictum ab ſubſtituto non poſſe cogi,niſi mortuo pupillo,l.ij.§.interdum.ꝺ.eo.

ADDITIONES.

a ❡Tabule pupillares.Dicit hic Bal.vt refert Pau.de caſt.ꝙ non eſt tex.in mundo,qui melius ꝓbet ꝙ ſicut per auth.ex cau ſa cōſeruantur legata,⁊ fideicommiſſa,ita conſeruantur ſubſtitu tiones pupillares,que ſunt pars teſtamenti ſicut legata.

b ❡Ita debes intelligere.Adde ꝙ Pau.ꝺ Caſt.reprobat propt verbū deſtituo,q꞉ tūc multominus eſſet deſtitutum teſtamentum per repudiationem filij,cum ſubſit coheres,per cuius aditionē pōt confirmari.Unde tenendo ꝙ loquatur in filio plus placet ꝙ non haberet coheredē.Ad contraria reſpōdet ꝙ iſta coactio nō erat neceſſaria,tamē fuit vtilis,quia releuat ſubſtitut⁹ ab onere reprobandi ſuitatem.poſtquā expreſſe adiuit,alias haberet ne ceſſe probare patriam poteſtatem quod erit difficile.Subiūgit poſt ea ꝙ ſibi plus placet lect.Jaco.de Are.

LEX XXXIX.

1 ❡Legata facta filio emancipato in diem tranſmittunt ꝑ eū ad ſuos heredes:hodie non.
3 Filio emancipato,vt minus legitima portiōe relinqui poſſit,⁊ te ſtamentum non ſit nullū conſilium.
4 Filio nō ſufficit relinqui iure fideicommiſſi vniuerſalis,vt iure i ſtitutionis videatur habere.

**Cum ex filio.** Filio impuberi emancipato, nō poteſt pupillariter ſubſti tui,ſed poteſt ei⁹ inſtitutio omitti,⁊ ꝑ fideicōmiſſuꝫ ſibi in tempus pubertatis relinqui,quod importabit tantundē quantum ſubſtitutio pupillaris.h.d.❡Oppo.ꝙ iſtud ſit malum conſiliū,nā ille qui nō erat in poteſtate,poterat venire ꝑ cōtratab.⁊ teſtamentū rumpere ⁊ dimidiā auocare,l.ita tn̄.§. qui rogatus.ꝗ.ad Trebel.Solu.ibi loquitur ī filio maiori:hic lo quitur in impubere,qui non pōt hoc caſu venire per cōtratab.ꝗ nia ī ſui prouiſione videtur hoc feciſſe teſtator:q꞉ ſicut in pupil lari eſt prouiſio filij,ita legatum hoc modo relictum,⁊ preteritio hoc modo facta,ſuccedit in locū pupillaris ſubſtitutiōis,qui nō pōt fieri ei qui vere eſt in poteſtate,ideo filius per cōtratab.non pōt conqueri,quia magis eſt ſibi prouiſum ꝙ̄ꝫ contratrium alias Juriſcōſulti vanum dediſſent conſilium.Ad hanc ſol.opp.† ſi
1 hec fuit prouiſio filij ergo iſta adiectio,cum in ſuam tutelam ve niſſet,facit diem non conditionem,ideo filius emancipat⁹ tranſ mitteret legatum ad ſuos heredes,nō autem ſuccederet filius im pubes que eſt in poteſtate,l.ſi ita.§.Pegaſ⁹.ꝗ.de leg.ij.⁊ l.ſi fi deicommiſſi.§.cum Polidius.ꝺ.de vſuris.⁊ l.Seius Saturni nus ꝗ.ad Trebel.⁊ l.ex his.C.quando di.leg.Reſpō.licet ſit in fauorem filij,non tn̄ facit conditionem ex voluntate defuncti qui inſtituit,⁊ legatum hoc modo fecit in locū pupillaris ſubſtitutio nis,vt dixi.❡Item oppo.ꝙ hec lex hodie non procedat,⁊ eſt ꝯ l.quoniā in prioribus.C.de inoffi.teſtamen.vbi omne tēpus,⁊ de grauamen.ſubducitur de medio:ergo ſaltem legitima vide tur eſſe relicta.Gl.videtur concedere,ꝙ hec l.in hoc hodie cor rigatur.Jaco.de Are.C.de inoffi.teſta.l.filijs matrem.videtur velle ſuſtinere iſtud conſilium.ꝙ non ſit correctum.Dicit enim ꝙ illa l.quoniā in prioribus,vult ꝙ omne grauamen ſubducatur ſed iſta dilatio non eſt grauamen.ergo.⁊c.gl.in d.l.quoniā ſe,nō
a firmat,ſed in l.ſi pater puelle e.tit.tenet idem ꝙ hic.Ego autem
1 dicoᵃ ſic ſi quidem eſt certū ꝙ dilatio talis ſit grauamen filij tūc ſine dubio ſubducitur,dicta l.qm̄ in prioribus.Si vero eſt certū ꝙ eſt commodum,vt q꞉ mater dubitans de moribus patris,appo ſuit dilationem.tunc non ſubducitur,d.l.filijs matrem.Sed ſi eſt dubium,tunc puto ꝙ de medio ſubducatur hec dilatio,l.ſi pater puelle,cum ſua gl.C.de inoffic.teſtamen.⁊ Inſt.de authori.tu.§.neqꝫ.⁊ qꝺ ibi no.Modo ad propoſitum,iſta inſtitutio,⁊ lega tum ſuccedit in locū pupillaris ſubſtitutionis,que eſt prouiſio
b filij.⁊ eius vtilitatemᵇ continet.Unde dico hanc legem per iura C.non corect.ā Et hoc eſt ꝙ conſilium illorum quatuor Juriſcō ſultorum voluit.❡Oppo.in auth.de trien.⁊ ſemiſſe.§.prohibe mus.⁊ in auth.vt cum de appellat.cogno.§.aliud.quoqꝫ.vbi fili us debet habere iure inſtitutionis,nec ſufficit habere quoquo li citi titulo ſublata differentia emācipationis ⁊ patrie poteſtatis Sol.Fateor ꝙ hodie iſtud conſilium eſt correctum,⁊ teſtamen tum hoc modo factum eſt ipſo iure nullū,Nā preteritio de ſeruꝫ cauſis certis que ſunt nominate in auth.vt cū de appellatione §.cauſas.⁊ inter illas cauſas nō eſt,niſi forſā diceremꝰ ꝙ ibi nominate cauſe ingratitudinis,de cauſis vero que cōtinent tionem,⁊ ꝓuiſionem,nullā fit ibi mētio,⁊ hoc ſatis placet:⁊ ſecū dum hoc iſta lex non eſſet hodie correcta.Nā iſte filius eſt pre ritus ex iuſta cauſa ſue prouiſionis,vnde ſicut olim non poterat habere bono.poſſeſ.cōtratab.ita hodie nō poteſt habere nullum autem non poteſt dicere teſtamentum,quando eſt pre ritus ex iuſta cauſa,vt no.in auth.de hered.⁊ ꝩ alcid.§.exhereda tos ⁊ ſecundum hoc non erit correcta.l.multi.ꝺ.de libe.⁊ poſt. tn̄ vt iſta euitemus quando ille caſus eueniret darem tale conſilium
3 ꝙ illum† filium emācipatum inſtitueret in quinqꝫ ſolidis ⁊ man duū ſibi allegaret in tempus pubertatis ſm̄ conſilium illorum quatuor ſapientum.tunc enim nullum teſtamentum nō poterit di cere q꞉ inſtitutus.Item non poſſet agere a ſupplemētum q꞉ actio agendi ad ſupplementum ſuccedit loco querele,l.ſi quis filium in fin.⁊ l.omnimodo.C.de inofficio.teſta.Unde ſicut querela non pōt.intentari,vt hic no.ita non poteſt agi ad ſupplementum.
4 ❡†Quero vtrum ſufficiat ꝙ filio relinquatur aliquid iure fidei cōmiſſi vniuerſalis,vt iure inſtitutionis videatur habere.Gl. in§.l.ſcimus.§.cum autem.C.de inoffic.teſta videtur dicere ꝙ ſic. Ego autē dico ꝯrium per l.ita tn̄.§.qui rogatus.ꝗ.ad Trebell. Fallit in caſu huius.l.vbi talis modus relinquendi ſuccedit in lo
5 cū pupillaris ſubſtitutionis.❡Querit gl.magna in fi.an ille cui legatur dimidia hereditatis teneatur ad onera debitorum cre ditorum legatorū:Et gl.dicit ꝙ ſic,⁊ eſt caſus in l.ſi quis ſeruo §.fi.cum l.ſeq.ꝗ.de leg.ij.licet faciat argum.contra.l.mulier.§.
6 fi.ꝗ.ad Trebel.dic vt ibi.❡†Quero,hic dicitur cum in ſuā tu telam veniſſet qualiter intelligatur.Quidā vſqꝫ ad xv.annū alij vſqꝫ ad xiiij.⁊ hec vera:q꞉ hec prouiſio ſuccedit in locum pupilla ris ſubſtitutionis que pupillaris ſubſtitutio non poteſt fieri niſi vſqꝫ ad xiiij.annum ergo dic,ꝙ de xiiij.annis intelligitur ar.ad hoc.ꝗ.de legat.iij.l.cum filio.

ADDITIONES.

a POMA.❡Ego autem dico.Uide Are.conſi.xix.
b ❡Utilitatem.Pau de ca.dicit ꝙ iure iſto ſibi videtur qꝺ conſilium iſtorum non fuerit bonum,q꞉ ſi bene conſideres,non eſt verum qꝺ fiat ad commodum iſtius emācipati.ſed ad commodum fra tris ſui,vt dimidua emancipati integraliter maneret penes fra trem ſi emancipatus moriatur in pupillari etate.Unde grauat e mācipatū de fauore fratris ſui poſtquā ipſe iniuriā recipit in dilatione,q꞉ interim nihil.hꝫ,quā in tranſmiſſione,quia nihil tran ſmittit.Preterea dicit ipſe de quo alimentabitur interim,ſi non hꝫ alia bona.⁊ reſtitutio non veniet ſibi fienda,niſi poſt pupilla rem etatem vnde videtur dicendū qꝺ ipſe habeat contratab. per l.ita tamen.§.qui rogatus alle.per Bar.⁊ ſubdit ipſe qualiter iure iſto cōſiliū dari potuit huic teſtatori nō video nec ꝙ hodie q꞉ lꝫ Trebellianica prohiberi poſſit nō tn̄ legitima.

a **§.Filio.** Expreſſum facit ceſſare tantūᵃ hoc ꝺt.Uide caſum expreſſum in quo expreſſa vulgaris ...

tinet tacitam pupillarem, ⁊ conuerſo, ⁊ hoc propter expreſſam diſtionem.

ADDITIO.

a POM. ¶ Filio. Vide Pau. de Caſt in l. teſtamento. C. de impuberum.

§. **Quidem.** Jus accreſendi tranſit ad illum, ad quē trāſi portio iure ſubſtitutionis, hoc dicit ¶ Eppon. ille ſubſtitutus non erat ille inſtituto coniunct⁹, ergo portio non debet ei accreſcere. Dicit gl. fateor ꝙ non erat coniūctus ei, ſed erat ei coniunctus ille cui fuit ſubſtitutus. Gl. iſta ꝺt verum ſi illi qui remanſerunt heredes, erant coniuncti illi. Sed ſi poneremus omnes diſiunctos, iſta inueſtigatio gl. non eſſet neceſſaria cum iter heredes ⁊ diſiunctos eſſet locus iuri accreſcēdi, l. heredes ſine partibus. ſ. tit. i. ⁊ l. j. §. his ita. C. ꝺ cadu. tollē.

LEX XL.

**Causa cognita.** Subſtitutus impuberi, q ſe poſtea dedit ad arrogandum, habet vtiles actiones, ſi poſtea impubes decedit, h. d. De materia huius l. dic vt in l. ſi arrogator. ſ. de adop.

LEX XLI.

**Coheredi.** Jſta eſt bona lex Subſtitutus ei, q eſt ſubſtitutus coheredi ſuo, vtroque defuncto vocatur in vtriuſq; portionem. h. d. ¶ Quero quo iure iſte habebit vtraque portionem Quidam dicunt ꝙ vnam partem habebit iure ſubſtitutiōis, aliā iure accreſendi. vt hic. Quidam dicut ⁊ habent hic apoſtillatū

a per. Dy. ⁊ ego hoc ſecutus dixi idem. ſ. eo. l. ſi Titius coheredi, tex. tamen in d. l. ſi Titi⁹. videtur dicere quod iure ſubſtitutiōis h; partē vtrāq;. dicit enim, in vtranq; partē ſubſtitutū eſſe.

ADDITIO.

a Jo. Fr. Ru. ¶ Si Titius. Adde Alexan. hic, qui dicit Bart. tenere contrariū in d. l. ſi Titius. vbi vide.

§. **Ex his.** Hic text. dicit vel aliꝗ, ⁊ ſic innuit, ꝙ pater q per alium, ⁊ dominus qui per ſeruum acquiſiuit, admittatur. Contra, in l. q liberis. §. hec verba. ſ. eo. Solue vt in gl. ꝙ filius vel ſeruus remanſit in poteſtate alteri⁹. Vel aliter pater qui per filium, vel domin⁹ qui per ſeruū acquiſiuit, nō admittitur: q2 nec hoc videtur, ſed ille filius vel ſeruus admittitur ſemper, licet alteri acquiſiuerit. Sufficit enim ꝙ ſemel fuerit heres, licet alteri acquiſiuerit, l. in ſubſtitutione. ſ. eo. ⁊ quod dixi in l. qui liberis. §. hec verba, ⁊ l. cum ex filio. ſ. eo.

§. **Cum filie.** Jſte §. ponit ſex notabiles caſ⁹, vt pat ad literam. Nota ex primo caſu hui⁹ §. ꝙ pupillaris ſubſtitutio euaneſcit, eo cui eſt facta, ſui iuris effecto, ante mortē teſtatoris. Quod intellige ſi aliter, quā ꝑ dignitatem fiat ſui iuris, vt plene examinaui ſ. e. l. ij.

1 ☞ Subſtitutio facta intra tempora pubertatis ꝑ verba mere obliqua non trahitur ad directam.
Verbum reſtituere, eſt mere obliquum.
2 Fideicommiſſū in dubio videtur relictum ab ipſo filio impubere inſtituto, licet relinquatur poſt mortem.
3 Legitima impuberis de illo fideicommiſſo qđ detrahitur ſicut Trebellianica

§. **Quod ſi heredem.** Hic eſt ſecundus caſ⁹ hui⁹ §. Not. text, ibi vt

1 ab impubere, ⁊c. Qui eſt valde not. text. ✝ Et eſt notandū ex hoc verſi. j. ꝙ ſubſtitutio facta intra tēpora pubertatis, ꝑ verba mere obliqua non trahatur ad directam. Mere enim obliquū fuit verbum reſtituere. ſecus vero ſi fuit verbum cōmmune, vt not. i

2 l. precibus. C. eo. ¶ ✝ Secundo nota ⁊ perpetuo tene menti, ꝙ ī dubio. fideicōmiſſū videtur relictum ab ipſo filio inſtituto impubere, licet relinquatur poſt mortem ſuam, vt hic dicit text. ibi, vt ab impubere, ⁊c. Hoc ideo q2 ſi fideicommiſſum eſſet datū nominatim ab herede impuberis, veniret in fideicōmiſſum legitima filij, l. ſi Titio. §. fin, cum l. ſequen. l. de lega. j. Sed ſi ſit grauatus ipſe pupillus, non venit legitima in grauamine, vt no. per Dyn. ſ. eo. l. j. ⁊ ꝑ Cy. in l. ex tribus. C. de inoffi. teſta. ⁊ hoc tene menti

3 ¶ Tertio. F ꝙ legitimus impuberis de illo fideicommiſſo ꝺtrahit Falcidiā ſeu Trebellinaicā. Certe hodie etiā legitimā ꝺ iure nature ſm opi. Canoni. in c. Raynutius. ⁊c. Raynaldus extra de teſta. de qua tangitur in gl. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ſ. de inoffi. teſta. ⁊ l. quāquā. C. ad legem Fal. ⁊ in auth. de here. ⁊ Fal. §. ſi quis aūt. ⁊ l. j. j. ſi cui pluſquā ꝑ leg. Fal. ⁊ in l. in ratione. §. quod vulgo. j. ad l. Falc.

§. **Nec aliud.** No. ꝙ ſubſtitutio, que fit ꝑ verba mere obliqua non extenditur vltra tēpora pubertatis: veruntamen quidam ex iſto verſi. notant, ꝙ ſi fieret vltra tempus pubertatis per verba directa, ꝙ valeret, quod glo. reprehendit, vt dixi in l. Centurio. ſ. eo.

1 ☞ Legatarius ſingularis non detrahit falcidiam.
2 Legatarius certe rei licet rogetur reſtituere vniuerſaliter occaſione talis legati, non detrahit Falcidiam nec Trebellianicam.
3 Filia inſtituta in certa quātitate, rogata, ⁊ reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis, detrahit Falcidiam ⁊ Trebellianicam.

§. **Que ita.** Hūc §. no. ⁊ declarata vt j. de codici. l. ij. in princ. in ver. per fideicommiſſum. Op. de l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ſ. eo. Sol. ibi in directa, hic in fideicōmiſſaria, in qua bona filij non veniūt, quod no. ſed remanet apud ſucceſſorē filij. ¶ Jn ver. ⁊ ideo eſt not ver. Oppo. ꝙ etiā ſi ſint legata a filio exheredato, non valeat fideicōmiſſuz, l. cum quidā. C. de lega. ſol. intelligo ibi in fideicōmiſſo relicto a ſubſtituto exheredati ꝙ non valeat, etiā ſi ſit legatū exheredato: hic ab ipſo exheredato Opp. de l. qui fundū. §. ſi. ⁊ in l. in ratione. in fi. j. ad le. fal. Sol. valet ſi ſubſtitutus fuit ab eo īſtitut⁹, vt plene dixi. in l. qui fundū. §. qui filios. No. ꝙ legatarius ſingularis nō detrahit Falcidiā. ꝙ dic vt in l. lex Falcidia. §. nūquā. j. ad l. fal. ¶ No. ✝ quod legatrius certe rei, licet rogetur īſtituere, vniuerſaliter, occaſione ipſius legati non detrahit Falcidiam, ſeu Trebellianicam, quod no. q2 hic fuit filie relictum legatum, ⁊ fuit rogata de reſtituenda hereditate, vt ibi intra modum hereditatis

3 datū. ⁊c. quod ✝ facit, ſi pater inſtituit filiā in certa quantitate, ⁊ eā grauauit de reſtituēdo ſimpliciter bono ſuo, ſi decederet ſine liberis. Aduocati communiter dicunt, ꝙ debet detrahi falcidia ⁊ Trebellianica, quod verū eſſet ſi eſſet grauata vniuerſalī occaſione illius portionis ⁊ quia eſt inſtituta in certa quantitate, ei⁹ contemplatione poteſt grauari, vt hic.

a §. **Qui diſcretas.** a Subſtitutio breuiloqua vocat prius in iſtitutione cōiūctos poſtea diſiunctos, h. d. Et eſt valde no. caſus. ⁊ ipſum inducam ad aliqua, dum tractabo materiā breuiloque ſubſtitutiōis, j l. Lucius. j. eo.

ADDITIO.

a ¶ Qui diſcretas. Vide Pau. de Caſt. conſi. ccclviij.

a §. **Qui patrem.** a Subſtitutio breuiloqua nō refertur ad eos, quib⁹ ſpecialiter eſt ſubſtitutum. h. d. Not. tex. ibi propter ſpecialem, ⁊c. Op. de l. fi. j. ad Tre. vbi porrigitur ad eos quibus eſt ſpāliter ſubſtitutū. So. ibi ꝑpter illa verba, illi vel illis, que cum ſint pluralis numeri, nō poſſunt verificari, niſi referantur ad eos, quibus eſt ſpecialiter prouiſum, vt dixi. Jtem opp. eodem modo, ꝙ per ſpecialem prouiſionem a generali non eſt receſſum, l. j. §. j. de ope. no. nun. Sol. vt dixi in l. queſitum. §. fi. de fun. inſtru.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Qui patrem. Et vide Bart. in conſi. v. inci. Andreas Marti. ad quod allegat iſtum text.

§. **Coheres.** Legata in ſecundis tabulis relicta cōtribuūtur cū relictis a ſubſtituto. h. d. ⁊ tractat materiaz contributionis. Opp. ꝙ iſta contributio non fiat, l. in rōne. §. qđ vulgo. ⁊ §. queſitū. j. ad l. Fal. Sol. hic loquitur qñ relicta a ſe legata in inſtitutione, cū relictis a ſe in ſubſtitutione cōtribuunt. Sz an relicta a pupillo ꝯtribuunt cū relictis a ſe: Dic vt ibi plene dixi, ⁊ l. qui fundū. §. coheres. j. ad le. Fal.

a §. **Non videri.** a Hic eſt not. §. ⁊ legitur, duobus modis, ⁊ vterq; eſt pulcher caſus. ⁊ ſm primam lec. h. d. Subſtitutus in partem admittitur in totum, ſi non reperiatur alius. h. d. Sed ſm aliam lec. h. d. Subſtitutio facta filio ſi impubes deceſſerit, valet. lz vere inſtitutio non precedat, q2 precedere fingitur. hoc dicit. Et eſt not. caſus. Contra hanc ſecundam lecturam quaz puto veram, op. q2 filius debet eſſe inſtitutus, vel exheredatus, vt ſ. e. l. ij. circa prin. Sol. debet eſſe inſtitutus, vel exheredatus, vt pro inſtituto, vel exheredato habitus. Si enim poneremus extraneum inſtitutum in ſolidum, tunc filius eſſet preteritus, ⁊ teſtamentum non valeret ſed quando nullum alium inſtitutum in teſtamento habet, videtur filium inſtituere, vel videtur velle eum habere ab inteſtato l. ſi quis ita heres. ſ. tit. j. ⁊ ſi non eſſet heres habitus. tunc veniat ſubſtitutus. Et ita pōt hic intelligi, licet gloſſ. videtur velle contrarium. ſ. eo. l. ſi quis eum. §. fin. ⁊ l. ſi in teſtamento. ſ. eodez l. Gallus. in princ. ſ. de liber. ⁊ poſthu. ⁊ ita ibi dixi.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Non videri. Vide Alex. conſi. ccciij. incip. circa primum dubium. Et intellige iſtum tex. qñ ſubſtitutioni facta per verba directa, ſecus ſi per verba cõmunia Ita Roma. cõſ. lviij in prin. ⁊ cõſi. cc. incip. q² Valerianꝰ teſtator. Alex. i l. ij. in prin. ſ. eo. ti. ⁊ in v. q. Bar. in l. Centurio. ſ. eo.

LEX XLII.

1 ☞ Legata ad hoc vt dicãtur relicta a ſubſtituto impuberi quomodo debeant concipi verba.
2 Legata an dicantur relicta ab herede vel a fideicõmiſſario, in fideicommiſſaria ſubſtitutione.

Qui duos. [a]Si duo impuberes ſimul deceſſerunt ſubſtitutus ſuccedit vtrique eorũ ex pupillari directa alias vltimo tm̃, in cuiꝰ hereditate reperiet hereditatẽ primi tãquã bona aliũde queſita h. d. ¶ No. ergo ꝙ dixi in ſummario l. ꝙ ſi ſimul decedunt, vterque ſuccedit ex pupillari directa. Habuiſtis. ſ. e. l. ex duobus. ⁊ l. qui duos. in prin. j. de rebus. dub. ſed ſi diuerſis temporibus decedunt, ſuccedit tantum vltimo ex pupillari directa, ſed in hereditate vltimi inuenietur hereditas primi. Habuiſtis in l. vel. ſingulis. ſ. e. ⁊ l. pater filiã. §. fi. j. ad legẽ Fal. dicã in l. qui duos. j. de re. dub. Oppo. q² ſm̃ hoc videtur quod decedat pro parte teſtatus, ⁊ pro parte inteſtatus, cõtra l. ius noſtrum. j. de reg. iur. Sol. in totum decedit teſtatus vltimus filius ſed primus decedit in totum inteſtatus, ⁊ ſic nõ ob. cõtrarium. Itẽ op. qđ in hereditate ſecundi nõ reperiatur hereditas primi, ſi non fuit adita. l. quoniã ſororem. C. de in. deli. ⁊ in §. in nouiſſimo. C. de cadu. tollen. Solu. dico quod ſecundus adiuit hereditatem primi, ⁊ competit ſibi ius deliberandi, vel ius petendi reſtitutionem integrum, quod tranſmittit ad ſubſtitutũ, vt dixi in l. q duos. ſ. alleg. ¶ Oppo. qđ in rõe Falcidie computetur oia, bona defuncti, que tempore teſtamenti habebat. l. in rõe. in prin. ad legem Falci. ⁊ §. ꝙ vulgo. Reſpon. hic dicit gloſſ. quod bona alterius impuberis in his non computãtur quia in his nõ fuit ſubſtitutus. hoc eſt ſatis bene dictum. Vel dic, fateor contrariũ quod debent inſpici bona, que quis habebat tempore mortis teſtatoris: ſed ille pupillus cui eſt facta ſubſtitutio non habuit tpe mortis teſtatoris, niſi ſuã partem: ſed aliã habuit ex poſt facto, ideo in Falcidia nõ computatur. l. in ratione. §. qđ vulgo. ſ. alle. ¶ Item dicit hic. quod legata data a ſubſtitutio ad irritũ recidãt. Quero an ille verſic. referatur ad primum caſũ, vel ad ſm̃ Gl. dicit quod poteſt referri ad vtrunque, ſed inquantum dicit referri ad primum caſũ male dicit: q² in primo caſu ſuccedit ex pupillari directa vtrique, ⁊ ſic legata ex perſona vtriuſque debetur cum vterque decedat teſtatus. l. pater filiã. §. fi. j. ad l. Fal

1 ci. ⁊ in hoc Dy. reprehendit gl. ⁊ bene. ¶ Vltimo quero, [b] qualiter fuerunt cõcepta verba quãdo legata fuerunt a ſubſtitutio, relicta dicit gl. quod dt, talis intra pupillarem etatem deceſſerit lego tibi centum quod tene menti: ⁊ ſic non dicit, lego a ſubſtituto, ſed ſimpliciter dt, lego tibi centum, ⁊ tñ gl. dicit quod ex iſtis, verbis videtur relictum a ſubſtituto. Contra hoc videtur, [c]text. ſ. l. prori. §. cum filie. verſ. quod ſi heredem. Solu. Poſſumus dicere quod ibi verba fuerunt prolata ad ipſum impuberẽ quoniã ipſum impuberem grauauit: ſed hic ſimpliciter fuerunt ꝓlata. Vnde cum referuntur poſt mortem, videntur relinquitur ſubſtituto, arg. l. codicillis. in prin. de vſufructu. leg. Et hoc puto

2 verum in ſubſtitutione directa. In ſubſtitutione vero fideicommiſſaria an videantur legata relicta ab herede, vel fideicommiſſario dic plene vt dixi in l. Marcel. j. ad Tre. ⁊ hoc tene mẽti q² eſt vtile q² quando legata relinquũt a ſubſtituto venit legitima, ſecꝰ quando ab impubere.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Qui duos. Vide quid dicat Roma. conſi xix. in j. not. vide Are. conſi ciiij. Alex. conſi clxxv. verſi. bene fateor.
b POMA ¶ Vltimo quero. Vide cõcor. per Alex. coſi. xij. in vl. col. i iij. vol. Are. cõſi. clxvj. alias. clvj Matthe. no. clxiiij. Alex. in l. Centurio. ſ. e. ti. Alex. conſi. xij. in ij. vol. Commen. iiij. in ij. col. Barba. conſi. xiiij. v. col.
a P. PAV. P. ¶ Videtur tex. an idem ſit in grauato reſtituere perfideicommiſſum vt ipſe videatur grauatus vel heres ſuus, ⁊ quis eſſet facta ſubſtitutio fideicommiſſaria ſi ambo decederunt ſine filijs. vide que ſcripſi Bar. in l. centurio in iij. queſt. prin. in vl. q. ſ. e. ⁊ in l. heredes mei. §. cum ita. j. ad Trebel. ⁊ effectꝰ eſt magnus ꝓ legitimã, vt dt Bar. hic. ⁊ ad dicta hic vide Bolo. in in addit. ad cõſilia Ioa. de Ana. conſi. xlij. ad finem.

LEX XLIII.

1 ☞ Subſtitutio exẽplaris ad hoc vt fieri poſſit an ſufficiat mutum ſemel extitiſſe, lz poſtea deſinat, ⁊ ſic de ſimilibꝰ qualitatib.
2 Beneficium quomodo dicatur intelligi, ne cõtineat ini vitatẽ
3 Filios naturales tantum habens, fecit ipſos legitimari, vt ei ſuccederẽt, ſi poſtea cepit vxorem, ⁊ habuit filios legitimos, ꝑ hoc nõ prohibentur ſuccedere legitimati.
4 Subſtitutio exemplaris quare ſic dicatur.
